





1001



1660.

Bake, Johannes : De acquisitione originaria juris
in personis.

1661.

1. Brandinghor, Jacobus : De emptione venatione.
2. Ferkius, Joh. Jacobus : De inofficiori querela
3. Lang, Joh. Philibertus : De quaestionibus seu locis
Juris rerum Von der schweizer Frage
4. Lupin, Johannes Sigismundus : De constituto obligatorum
5. Paulsen, Verich : De tutelis

1662.

1. Beyer, Albertus : De rogationibus
2. Curran, Johannes Gottlieb : De inventario heredo
3. Jurgens, Mathias : Septuaginta controversiarum
selectae, quae ex jure Notae. naturae, gentium, civitatis

Causas, pallas, feudis, de promptas, publicis
discutientes proponit

1663.

1. Koy, Albertus: De pueris
2. Sommer, Henricus: De juramento libis deest
in Tit. 2 lib. XII ff de jurjurand sine voluntatis,
sine necessitate, sine iudicio
3. Vergerius, Thomas Sequens: De hereditate jacenti
et l. 1. § de iura 15. si is qui test. lib. esse juss.
et text. parallel accommodata

1664.

1. Lockner, Conradus: De doli culpa distigentiae
et causis praestantione in contractibus... Ad cap.
calumnia l. contractus 25 ff. de reg. jur.

2. Loh, Petrus: De tacitis pactis circa l. 7. ff.
de pactis
3. Daser, Fridorun Fabricus: De feudis imperii illius
tribus ex jure Publico de prompta
4. Moeller, Gens Theodoricus: De precariis
5. Moeller, Marcus: Theses misellaneae juri Dene
inaugurales, quas ... plures crustorum Repu-
blici submittit

1667-

1. Bellionus, Simon: De legatis et legationibus
2. Kirckringk, Gorkardus: De repressaliis
3. Marticht, Gorkardus, von: De adulterio
4. Pottere, Jacques de: De nautico favore

16

2

3

1

12
a



2079.
Jehovâ Gratiam Concedente!

Ex

1662, 2 8
Decreto & Authoritate Nobilissimæ atq;
Magnificæ Facultatis Juridicæ in Peranti-
qua ac Celeberrimæ Basiliensium
Academia

DISPUTATIONEM INAUGURALEM

De

INVENTARIO HEREDIS

Pro

Consequendis & ritè obtinendis Doctoralibus
in utroque Jure Honoribus atque
Privilegiis

Publicè ventilandam proponit

16.
JOHANNES GOTTFRID CUNRADUS
Sorâ-Lufatus.

Die 24 OCTOBRIS Ann. MDCLXII.

horis locoq;e consuetis.



BASILÆ, Typis JOH. JACOBI DECKERI,
Academiæ Typographi.



I. N. D. N. I. C.

T H E S I S I.



Non potest non placere Inventarii materia, decantata satis maximèq; subtilis, (quàm indè Baldus vol. 4. *consil.* 145. *in princ.* ad eò scrupulosam pronunciat, ut sæpè industriosi in ipsius confectioe decipiantur) perutilis tamen insimul ac quotidiana, & quæ horatim in palatiis versatur, teste Roland. à Valle *in tract. de invent. confect.*

princ. prefationis.

2. Dicitur autem inventariū ab inveniēdo; vel, quia res, verbo gr. in hereditate, bonis pupilli, &c. inventas continet; est enim inventarium descriptio ejus inquisiti, quod potuit inveniri; cum invenire secundum Isidor. *etym.* 10. idem sit, ac in id venire, quod quæritur. Vel, quia res hereditariæ, pupilli, Ecclesiæ & similes in eo descriptæ inveniuntur, ut, quot, quales, quantæ & ubi sint, sciri queat, *arg. l. fin. C. d. bon. vacant. libr. 10. l. fin. vers. fin autem inventario. C. arbitr. tut. Donell. ad l. fin. C. d. jur. delib. num. 4.*

3. Habet etiam quædam nomina vicaria: sic vocatur Repertorium, *l. tutor qui. 7. pr. ff. d. admin. & peric. tut.* propterea, quia reperta continet, *Gloss. ibid. Synopsis bonorum, l. magis puto. 5. §. in primis igitur. 11. ff. d. reb. eor. qui sub tut.* Græcis est *ἀναγραφή*. item *ἀπόφασις*, Alhus. *Dicaol. l. 1. c. 44. n. 11.* Germanis, *ein Fundbuch/ Besold. Thesaur. pract. lit. I.*

A 2

22



4. Et quidem varia ac benè multa sunt inventarii genera: Nepos de Monte Alb. *de Exception. Rubr. contra tutores & curatores. n. 6.* tria constituit: nimirum, inventarium heredis, tutoris sive curatoris, ac fisci. Reyger. *Thesaur. jur. sub voc. Inventarium.* quinque recenset, scil. tutoris vel curatoris, orphanotrophi, Prælati, heredis & fisci. *Speculat. tit. de instrument. edition. §. fin.* itidem quinque facit: hoc tamen interest differentiæ, quòd tutoris ac curatoris, tanquam distincta, tradat, atque fisci omittat. Alii præterea adhuc aliter, vel magis multiplicata proponunt; nec immeritò, dum quilibet rerum alienarum administrator & ad earum restitutionem obligatus, inventarium facere debet, And. Rauchb. *p. 1. quest. 30. n. 20.* Vasqu. *de success. & ult. volunt. lib. 1. de testam. potent. §. 6. n. 45.* Rosenth. *Synops. Feud. c. 10. concl. 45. n. 43.* partim, ut fraudis suspicionem evitet: partim, ut rationis reddendæ ac restitutionis tempore exactè sciri queat, quid quantumque debeatur: nam, inventarium caput & fundamentum est rationum, *Dd. in l. cum tale. 72. §. cum patronus. 1. & seq. ff. d. condit. & demonstr. Plot. in l. si quando. 9. C. unde vi. num. 604.* Galiaul. *in l. centurio. 15. ff. d. vulg. & pupill. substit. Æmilian. consil. 35. n. 19.* Heig. *p. 1. illustr. quest. 20 n. 8.* Moller. *l. 1. semestr. c. 39. n. 6.* Nic. Boer. *Decis. 61. n. 6.* Jacob. Schult. *in addit. ad Modest. Pistor. p. 3. quest. 126. n. 47.* Magn. Dn. Carpzov. *Jurispr. For. p. 20. const. 25. def. 14. n. 7.*

5. Nè igitur in incerto divager & rem latisimè diffusam ac integrum tractatum exigentem, infelici successu in unicam disputationem congerere atque coarctare tentem, proposito meo inserviens, non de omni, sed potiori & magis solenni tantum inventario, puta eo, quod heres conficere solet, præprimis agere constitui; breviter tamen infra aliorum quoque inventarii generum, tanquam cognatorum & affinium, mentionem facturus.

6. Sedem ordinariam heredis inventarium habet *in l. fin. C. d. jur. delib.* (quam l. ipse Imperator *in §. extraneis. §. 1. d. hered. qual. & diff.* & æquisimam & nobilissimam vocat) atque *in Novell. 1.* Et tantum absit, ut *d. l. fin. per Nov. 1.* quid derogetur, cum potiùs eidem aliquid surrogetur & adjiciatur *in c. hinc nobis. 2. §. fiat igitur. 1. ubi,* si aliqui, quorum interest, absunt, testes, eorum loco

58
loco, non minus tres, adhiberi mandatur. Sic etiam *in d. Nov. r. c. illud quoq.* 4. §. *quia verò*. 2. inventarii jus atque necessitas, nisi oneribus hereditariis subjacere malit, militi imponitur, quod antea dubium esse poterat, propter insignia ipsis variis in rebus, præprimis autem circa testamenta & successiones, concessa privilegia. Non movet, quòd *Zœf. ad ff. tit. d. jur. delib. n. 20.* dicat: haud facile inducendam esse correctionem. & ea propter post *Cujac. ad d. Nov. i. in fin.* velit, militem quidem non excusari ab observanda voluntate defuncti, de qua ibi præcipue: non etiam, mulctari propter neglecti inventarii confectionem. Nego enim, hinc facile & absque sufficienti fundamento induci correctionem, cum Imperatori *in d. §. 2.* æquè de inventarii confectione, ac de legatorum præstatione sermo sit, quod ostendunt verba: *hæc omnia.* ut & reliquus contextus. Quin ipse quoque *Zœf.* ex parte id fatetur. Taceo, quòd hæc correctio à jure privilegiato ad jus generale, sive ab exceptione ad regulam eatur.

7. Rectè inventarii hujus concessio dicitur: *beneficium*, *d. l. fin. pr. c. §. fin. verò postquam*. 12. idque pingue, *Sichard. ad d. l. pr. n. 2. in med.* Est enim in favorem heredis introductum & plures effectus eidem proficuos gratissimosque gignit, prout infra suo loco videbimus. Hinc patescit, vocabulum istud *in loc. alleg.* pro privilegio, gratiosa concessione, seu jure præcipuo sumi: non verò, quæ. in feudorum consuetudinibus pro feudo, *tot. tit. d. benefic. frat. c. qual. frat. in benefic. frat. succed. 1. Feud. 20. c. hinc inde sæpissime.* aut in jure Canonico, pro præbenda accipitur, *c. ex multis. 9. c. 1. quest. 3. c. alibi passim.* Patescit ulterius, cum invito non obtrudatur beneficium, ut habet vulgata regula: neminem ad inventarium conscribendum de jure Justiniano cogi, sed liberum cuivis relinqui, ad deliberationis auxilium convolare, & verus gravamen, pro novo beneficio eligere, *d. l. fin. §. fin. autem hoc*. 14. si scil. sumptibus in confectione inventarii impendendis parcere velit: vel patrimonium, aut ob tenuitatem ludibrio, aut ob amplitudinem invidiæ exponere nolit.

8. Optimè definiri poterit Inventarium heredis: quod sit instrumentum publicum, *arg. l. tabularum. 2. pr. ff. testam. quent-*

adm. aper. l. de creationibus. 27. in med. C. d. episcop. aud. l. fin. pr. vers.
sin autem. C. arbitr. tut. dd. ll. junctâ. l. generali. 3. C. d. tabular. Magn.
Dn. Carpzov. Jur. For. p. 3. const. 33. def. 8. n. 7. (nam, publicum
dicitur instrumentum, quod fidem facit publicam ex persona
notarii, qui publicum gerit officium, Ant. Fab. in Cod. lib. 4. tit.
16. def. 11. n. 2.) solennem, arg. l. fin. §. sin autem dubius. 2. & §. sin
autem hoc. 14. C. d. jur. del. rerum hereditariarum, d. §. 2. descri-
ptionem, Nov. 1. c. hinc nobis. 2. §. fiat igitur. 2. vers. tunc enim licen-
tia. continens. Prolixiorem definitionem tradit Rennemann.
Jurispr. Romano-German. membr. 2. disp. 36. §. 14.

9. Causa efficiens inventarii est vel remota vel propinqua.
Remota est Imperator Justinianus, utpotè, qui inventarii bene-
ficiû, quod jure Dig. erat incognitum, introduxit, §. sciendum est.
6. l. d. hered. qual. & diff. d. l. fin. pr. & §. sin. Nov. 1. c. hinc nobis. 2.

10. Propinqua est heres, d. l. fin. pr. & §. 2. & d. Nov. 1. c. 2.
§. 1. qui in universum jus, quod defunctus habuit, succedere
dicitur, l. nihil est aliud. 24. ff. d. verb. sign. sive ex testamento, sive
ab intestato, sive ex asse, sive ex parte hereditas ei sit delata, d. l.
fin. §. 1. sive persona sit privata, sive militaris, sive sacerdotalis,
sive Imperialis, sive alia quævis, d. Nov. 1. c. 4. §. 2. Commu-
nem namque, ut ibid. Imperator ait, omnibus hominibus hanc
legem posuit. Et sic nihil intererit etiam, heres suus sit, an ex-
traneus, nobilis an ignobilis, dives an pauper, civis an rusticus,
arg. §. sciendum est. 6. l. d. her. qual. vel diff.

11. Illud hîc notandum: Dubium videri, quomodo voca-
bulum, Imperiali, in alleg. Nov. 1. c. 4. §. 2. sit explicandum. Go-
thofr. in not. ibid. lit. D. & Zœs. ad ff. tit. d. jur. delib. n. 20. de Cæ-
sariano vel officiali Cæsaris sive Palatino id accipiunt. Non ta-
men puto inconveniens esse, id interpretari de ipso Imperatore,
forfan herede, à privato quodam instituto; tunc enim jus com-
mune cum cæteris habet, l. cum heredes. 7. C. qui testam. fac. poss. §.
ult. l. quib. mod. testam. infirm. l. nolumus. 20. C. d. testam. vel quem-
adm. Hinc ex imperfecto testamento legata vel fideicommissa
eum vindicare in verecundum est, l. ex imperfecto. 23. ff. d. legat. 3.
l. ex imperfecto. 3. C. d. testam. & quemadm. in utraque l. subjungi-
tur ratio: quia decet tantæ Majestati (sunt verba textûs) eas ser-
vare leges, quibus ipse solutus esse videtur. quod elegantissi-
mis quo-

38
mis quoque verbis exprimit, *l. digna vox. 4. C. d. legib. & consuet.*
Et nullus datur facilior modus, quo Princeps efficere possit, ut
subditi aliquid faciant, quam si exemplo suo ipsis praebeat, cum
Principis exemplum lubentissimè subditi imitari soleant. Sic,
postquam Augustus à Lucio Lentulo codicillis per fideicom-
missum rogatus, ut faceret aliquid, ejus voluntatem adimple-
vit, deinceps reliqui, auctoritatem ejus secuti, fideicommissa
praestiterunt, *pr. l. d. codicill.*

12. Quoniam verò ex adductis facilè deprehendere licet,
Imperatorem ipsum inventarii beneficio se submisisse, eò expe-
ditior res erit, quoad sequentes heredes, quos in specie per ali-
quot theses, cum una atque altera circa eos dubitandi ratio à
nonnullis moveri soleat, recensebo: & ut brevitati studeam,
nec idem saepius tædiosè repetere cogar, duas hinc praemittam
rationes: quarum prima est, generalitas *d. l. final. & Nov. 1. se-*
cunda, dolosæ subtractionis suspicio, d. Nov. 1. c. 2. in fin. pr. hæc
ubique militant.

13. Tenetur itaque ad inventarii confectioem, nisi fructu
ejus carere & neglecti poenas incurrere malit: I. Foemina, quia
per hereditatis aditionem quasi contrahitur, *S. heres. 5. l. d. obl.*
quæ quasi ex contract. l. apud Julianum. 3. S. si pupillus. 3. l. sed & 4. ff.
quib. ex caus. in possess. eat. Foemina autem contrahere non tan-
tùm non prohibetur, sed & nè passim liceat ei omnes suos con-
tractus retractare, in his tantùm casibus, in quibus legum au-
thoritas ei suffragatur, subvenitur, *l. fin. C. d. jur. & fact. ignor.*
Hoc autem non fit quoad inventarii confectioem; E. rigori
juris standum est; inducta enim ad rigorem juris conservan-
dum, mulieres quoque obligant æquè ac masculos, *Sichard. ad*
l. fin. pr. C. d. jur. delib. num. 6. Benicas in S. omnium. l. d. action. n.
377. Natta consil. 575. n. 22.

14. II. Ecclesia; quia, nè jure quidem Canonico ullibi ab
inventarii confectioem (quam tamen *in c. Reinaldus. 18. in fin. X. d.*
testamentis. agnoscit) excepta reperitur, & ita hinc in re locum sibi
vindicat, quod habet *c. intelleximus. 1. X. d. nov. op. nunciat.* scil. si-
cut leges non dedignantur sacros canones imitari, ita & sacro-
rum statuta canonum, Principum constitutionibus adjuvari, *Fa-*
chin. 6. controuv. cap. 20. Quemadmodum autem pupillis & mino-
ribus

22

68
ribus ætate, nihil inventarii præjudicat omisio aut vitiosa con-
fectio; est enim eis duplex quoddam subsidium, & per restitua-
tiones, & per viam contra negligentes tutores vel curatores,
Nov. 1. c. 4. §. 1. ita etiam Ecclesia jure minoris debet semper il-
læsa servari, c. requisivit. 1. X. d. in integr. restit. Grassus §. inventa-
rium. quest. 4. n. 8. Covarruv. ad c. 1. X. d. testament. n. 7. Tiraqu.
de Privileg. pia caus. priv. 88.

15. III. Fiscus; cum jure ejus, cui succedit, utatur, l. fiscus. 6.
pr. ff. d. jur. fisc. Imola in rubr. ff. d. acquir. hered. Valq. de success.
creat. §. 16. n. 11. & iisdem conditionibus parere debeat, qui-
bus persona, à qua ad ipsum, quod relictum est, pervenit, ac cum
suo onere hoc ipsum vindicet, l. in facto. 60. §. fiscus. 1. ff. d. condit.
& demonstr. Hinc fiscum jus deliberandi habere, Gothofr. in not.
ad d. l. 6. pr. lit. F. & ab habentibus in eum transmitti, Dd. com-
muniter ad l. cum in. 19. C. d. jur. deliber. scribunt. Ut ergò plenè
securus sit, jure deliberandi posthabito, opus habebit, inventa-
rii beneficium apprehendere. Conf. Fachin. 6. controvers. cap. 21.
ubi etiam contraria argumenta, quæ Peregrin. de jure fisc. lib. 4.
tit. 1. n. 3. adducit, diluit. Facit quoque huc d. l. 6. §. quodcumq. 1.
ff. d. jur. fisc. Si tamen heres non sit institutus, sed in bona succe-
dat vel ex delicto, vel propterea, quòd sint bona vacantia & nul-
lus heres reperiatur, aliud dicendum erit, per tradita Colleg.
Jur. Argent. d. acquir. hered. §. 31. circ. fin. Distinguendum quip-
pè est inter fiscum succedentem jure privati alicujus sive heredis
instituti, & succedentem jure fisci, Sichard. d. loc. n. 7. & 8. Clar.
Pract. Crimin. quest. 78. vers. verum scias.

16. IV. Pater; nam, quamvis ei olim liberorum ab intestato
decedentium bona, non quasi hereditas, sed quasi peculium, de-
ferrentur, l. quod scitis. 3. C. d. bon. qua. liber. nisi ex testamento à
filio familias milite facto succederet, l. si filius familias. 3. ff. d. castr.
pecul. Hodie tamen pater, secundum Nov. 118. c. si igitur. 2. libero-
rum bona ab intestato quoque hereditario jure capit, ac ipsis
heres existit, Gloss. & Bart. in l. si filius familias. 2. ff. d. castr. pecul.
& in l. post dotem. 40. ff. sol. matr.

17. V. Heres fiduciarius; quomodo enim, non confecto in-
ventario, restitutionis tempore sciri poterit, quid & quantum
in hereditate fuerit, atque jam restituendum veniat, Accedit
& hoc,

38
Et hoc, quod restituta hereditate, fiduciarius, sive is, qui restituit hereditatem, nihilominus heres permaneat, *S. restituta. 3. l. d. fideicomm. heredit.* qui enim semel heres extitit, non potest desinere heres esse, *l. ei qui. 88. ff. d. hered. instit.* cum, heredis nomen juris sit, ac lege certa detur, atque adeo testatoris voluntate, aut heredis restitutione, quæ facti esse constat, mutari vel adimi nequeat, *arg. l. nihil tam. 35. ff. d. reg. jur.* Non tamen opus esse, ut ab ipso solennitates *d. l. fin.* observentur, cum illa *l.* loquatur de inventario, quod conficit heres ad sui utilitatem: sed satis esse, ut fiat, cum solennitate & forma, quam servat tutor, in conficiendo inventario, quod ipse tenetur conficere ad utilitatem pupilli, existimat post alios Roland. à Valle *de confect. invent. p. 2. vers. decimo nono quæritur.* scilicet eatenus, ut fidem faciat respectu heredis & substituti (malim dicere fideicommissarii) non autem respectu creditorum & legatariorum, Idem *d. loc.* Cum quo non facio.

18. VI. Fideicommissarius universalis; quia, licet Prætor (ex cuius jurisdictione & autoritate fideicommissa pendebant, ita, ut paulatim etiam Prætor proprius crearetur, qui de iisdem jus diceret, quem fideicommissarium appellabant, *S. sciendum. 1. in fin. l. d. fideicomm. hered.*) heredem facere non possit; per legem enim tantum, vel similem juris constitutionem heredes fiunt, veluti, per SCta & constitutiones Principales, *S. quos autem. 2. l. d. bonor. possess.* loco tamen heredis fideicommissarius constituitur, *d. S. 2.* & effectu quodammodo heres est, *l. si filiusfamilias. 5. S. si filio. 1. ff. quod cum eo, qui in alien. potest.* scilicet habetur heredis loco, pro qua parte ei restituta est hereditas, *l. postulante. 44. S. sed in. 1. ff. ad SCt. Trebell. Nov. 1. c. 1. S. 1. ibiq.* Cujac. Hinc hereditate restituta fideicommissarius, ut commoda percipit, sic & incommoda sentit ac onera hereditaria subire cogitur, actionesque utiles ei & in eum competunt, *S. & Neronis. 4. S. sed quia. 7. l. d. fideicomm. heredit. l. qui totam. 45. in fin. ff. ad SCt. Trebell.* Vid. Jacob. de Arena. Dyn. & Imol. *in l. explicito. 1. S. si is. 17. ff. eod.* Interim non negandum erit, inventarium ab herede fiduciario rite confectum, fideicommissario quoque prodesse, nec alio novo eum indigere, Fachin. *6. controvers. c. 31. Treul. vol. 2. disp. 12. 0. 9. lit. A. & ibi Bachov. ac Hunn.* quia, ex illo jam certo constat, quanta defuncti fuerint bona. Præterea,

B

68
inventarium, ut supra thesi 8. ostensum, instrumentum est publicum: hoc autem, cum publicam faciat fidem & omnium causâ, quorum utilitatem concernit, conficiatur, omnibus etiam proderit; non enim unius est hominis, verbi gr. heredis fiduciarii, sed universorum, quorum interest, arg. l. tabularum. 2. pr. ff. testam. quemadm. ap. l. locum. 3. §. solent. 10. ff. d. tab. exhib. & sic, non tam ejus personæ, quam obligationi & hereditati cohæret. Cui consequens est, nec præviâ quidem cessione opus esse.

19. VII. Sustinutus; est enim pariter heres, ac institutus, quamvis non in eodem gradu, pr. l. d. vulg. subst. pr. l. d. pupill. subst. l. heredes. 1. princ. ff. d. vulg. & pup. subst. & rationes, quæ alios, itidem ipsum urgent. Si tamen primus heres inventarium confecit, ipsi quoq; vulgariter substituto proderit, ad exemplum fideicommissarii, qui fiduciarii, prout præcedenti th. deductum fuit, gaudet inventario: non verò ita indistinctè pupillariter substituto; adsunt enim tunc duæ hereditates, §. igitur. 2. l. d. pupill. subst. atq; patris substituentis & pupilli heres existit. Dicendum itaq; eum uti posse inventario pupilli, quoad hereditatem paternam & quando convenitur à creditoribus paternis, arg. l. heredem. 59. ff. d. reg. jur. nequaquam autem, quoad hereditatem alteram, quam tanquam ex pupilli testamento consequitur & quando ab ejusdem creditoribus convenitur; & sic, novum ut fiat inventarium, omninò erit necesse, Bald. d. l. ult. §. cum igitur. 1. quia, ad substitutum pupillarem pertinent etiam ea, quæ postea pupillis obvenerunt; neque enim suis bonis testator substituit, sed impuberis; cum & exheredato substituere quis possit, l. sed si. 10. §. ad substitutos. 5. ff. d. vulg. & pupill. subst.

20. VIII. Heres ejus, qui bonis cesit; namque, licet eundem non teneri in solidum, sed tantum pro viribus bonorum ejus, cui successit, eò, quòd illud beneficium transeat in heredem cum sua causa, statuat Baldus in l. fin. C. qui bon. ceder. poss. & Zœf. ad ff. tit. d. jur. delib. n. 21. Contraria tamen sententia, quam etiam tenent Salycet. in l. qui bonis. 1. in fin. C. qui bon. ced. poss. & Alexand. in d. l. fin. §. et si præfatam. 4. C. d. jur. delib. magis arridet; non obstante allatâ dubitandi ratione, ex qua, heredem non in plus, quam defunctum debitorem teneri, colligunt. Exindè enim non enervantur rationes generales supra th. 12. addu-

adductæ; Imò, tunc demum illud fiet, si ipse se isto beneficio non faciat indignum, quod utique contingit, inventarii confectio- nem, & legem de ea loquentem contemnendo. Quapro- pter, etsi non ex defuncti, ex sua tamen persona tenetur, & sibi imputet, quòd tam negligenter res suas tractavit.

21. IX. Bonorum possessor; quia, bonorum possessio admis- sa, commoda & incommoda hereditaria, itemq; dominium re- rum, quæ in his bonis sunt, tribuit, *l. bonorum. 1. ff. d. bonor. possess.* & vocabulum heredjs, etiam bonorum possessorem ex mente legis continet, siquidem in effectu hi duo non differunt; in omnibus enim, vice heredis, bonorum possessor habetur, *l. in omnibus. 2. ff. d. tit. in omni causâ heredis loco est, l. Prator. 117. ff. d. reg. jur. ac bo- norum possessio admittitur, aut cessat, ubicunq; lex vel Senatus vel constitutio capere hereditatem permittit aut prohibet, l. non est. 12. §. ubicunq;. 1. ff. d. bonor. possess.* Quapropter ex rationis iden- titate ad inventarium conficiendum quoq; obstructus erit: nec impedimento esse possunt differentiæ inter heredem civilem & bonorum possessoré intercedentes, quas videre licet apud Mas- sinium *ad rubr. C. qui admitt. ad bon. poss. n. 520.* & Hotom. *ad tit. I. eod. in fin.*

22. Sed quid, si heres sit pupillus, minor, furiosus aut ægro- tus, obtinebit? Et respondendum erit, pro ejusmodi herede tutorem vel curatorem intervenire & inventarium conficere debere, *arg. Nov. 1. c. illud quoq;. 4. §. pupillis. 1. Coll. Jur. Arg. d. acquir. hered. th. 31. in med. Obrecht. disp. 20. th. 523. & sequ.*

23. Commodè etiam hîc ventilanda venit quæstio: An de- scriptio bonorum à defuncto facta, heredem à solenni inven- tarii confectio liberet? Negativæ subscribendum est cum Si- chard. *ad l. fin. §. sin autem dubius. 2. n. 14.* Mynsing. *Resp. 79. n. ult.* Schurff. *vol. 2. consil. 41. n. 3. & 4.* tum, quia bona alicujus post descriptionem, antequam moriatur, minui vel augeri queunt, quæ tamen non, dum vivit, sed mortis tempore spectantur, *d. l. fin. §. 2.* & hinc ab herede, cujus in *d. l. fin. & Nov. 1.* semper fit mentio, non verò à defuncto initium sumere debet inventa- rium, Guiliel. Benedict. *in repet. c. Raynutius. X. d. testam. vers. mor- tuo itaq; testatore. n. 403.* tum, quia in descriptione ista solennia requisita, quæ *d. l. fin. & Nov. 1.* urgent, aut hodie loci cujusque consuetudo deposcit, desunt. Haud obstat *Nov. 48.* quæ de di-

68
verso planè casu agit, prout ipsa se satis explicat. Idemque de tutoris descriptione, ante tutelæ administrationem factâ, pronuntiandum: quòd scil. pupillo ad liberationem à solenni inventarii confectione haud profit, cum diversi planè generis, tam quoad formam, quàm quoad effectus sint inventaria. Aliud tamen obtinebit, si solennitates inventarii heredis simul adhibuerit, & ita pro pupillo herede unà confecerit; tunc enim est instar duorum, Sichard. *d. loc. n. 17.*

24. Porrò quæritur: Si plures sint heredes, an teneantur omnes ad inventarii confectionem? Placet affirm. cum quilibet eorum æquè ac alter heres sit, commoda expectet atque damna declinare satagat, & sic omnium communis causa agatur: quod autem omnes similiter tangit, ab omnibus comprobetur, *l. fin. C. d. author. præstand. c. accedentes. 11. X. d. præscript.* Poterunt tamen, si malint, quibusdam, aut, pro hereditatis conditione & qualitate, uni saltem, ut expensis parcat, illud committere; quoniam idem erit, omnes ipsi, an ipsorum nomine pauci aut unus, ad id constituti, id expediant, *arg. l. ergò. 4. §. creditoribus. 9. ff. d. fideicom. libert. l. si quis. 6. §. cogentur. 1. ff. d. edend.* Alber. de Ros. *in l. fin. §. sin autem dubius. 2. C. d. jur. delib. vers. quia si plures.* Guil. Maine. *in l. quo tutela. 73. ff. d. reg. jur. n. 57.*

25. Legatarium & Donatarium quod attinet, eos ab inventarii confectione immunes esse, satis liquere arbitror; neuter enim eorum heres est, *arg. l. nihil est. 24. ff. d. verb. sign. & hinc Paulus in l. id tempus. 14. §. in re. 1. ff. d. usurp. & usucap.* dicit: In accessione temporis, quâ testator possedit, legatarium quodammodo quasi heredem esse. nimirum, duas notas improprietatis aut diminutionis adjicit, ut liquidò ostendat, propriè heredem non esse. Deindè, quia legatum acquisitum nunquam legatario damno esse potest, prout interdum in hereditate accidit, *l. si hereditatem. 32. ff. mandat. & æris alieni, quod ex hereditaria causa venit, non ejus, qui donationis titulo possidet, sed totius juris successoris onus est, l. æris alieni. 15. C. d. donat.* Coll. Jur. Arg. *loc. cit.*

26. Efficientem excipit materia. Et confici debet inventarium super his rebus, quas defunctus mortis tempore habebat, *l. fin. §. sin autem dubius. 2. C. d. jur. delib.* Sive eæ sint mobiles, sive

sive immobiles, Roland. à Valle vol. 2. consil. 73. n. 43. Natta con-
sil. 574. & 575. Atq; immobilium quidem nomina, nisi his desti-
tuantur, consignentur, & in qua civitate, vel in quo pago sitæ,
& quos duos vicinos proximos habeant, arg. l. forma. 4. pr. ff.
d. censib. Speculat. in tit. de instrum. edit. §. fin.

27. Sive sint corporales, sive incorporales; quia, rei verbum
generale est, l. è re. 1. in fin. ff. d. reb. cred. Hinc etiam nomina,
(cùm & id, ad quod actio competit, habere dicamur, l. id apud
se. 143. ff. d. verb. sign.) ac instrumenta, quibus ea continentur,
Schulden vnd die darüber haltende brieffliche Vhifunden / per
verba initialia & ultima, so anfahendt / so außgehendt / annotan-
da veniunt, Coll. Jur. Arg. loc. cit. non enim opus est, extensè,
quemadmodum Dd. loqui amant, ut fiat, Tholos. Syntagm. Jur.
l. 46. c. 3. n. 7.

28. Sive defuncti propriæ fuerint, sive alienæ, verb. gr. com-
modatæ, depositæ, aut pignoratæ, Bald. in l. item videndum. 18. §.
nunc videamus. 2. in fin. ff. d. hered. petition. Angel. in l. si de eo. 40. §.
si forte. 1. ff. d. acquir. vel amitt. poss. Jas. in l. fin. §. cùm igitur. 1. C. d.
jur. delib. n. 3. Paul. de Castr. ibid. n. 5. namque, licet tales res non
sint in bonis, sunt tamen ex bonis, §. fin. l. d. vi bon. rapt. l. Prætor
ait. 2. §. in hac. 22. ff. eod. Franc. Marc. decis. 878. ac heres ob eas-
dem agere & conveniri potest, l. & non. 19. pr. ff. d. hered. petit.
Decius cons. 633. vers. quartò, in inventario. Sichard. d. l. fin. §. fin
autem dubius. 2. n. 9.

29. Sive principales sint, sive accessoriæ: Et sic fructus quoq;
ex hereditate jacente susceptos consignari oportet, Angel. in l.
si cui plus. 1. §. hæc stipulatio. 9. ff. si cui plus, quam per l. Falc. Obr.
disp. 20. th. 528. & sequ. Valasc. consult. 52. n. 10. quoniam etiam
ex his creditoribus satisfaciendum; cùm hereditatem augeant,
l. item veniunt. 20. §. item non. 3. l. sed &. 25. §. fin. cum ll. duab.
seqq. ff. d. hered. petit. l. quod servus. 38. ff. d. legat. 2. l. quod bonis. 15.
§. fructus. 6. ff. ad l. Falcid. l. postulante. 44. §. sed in. 1. ff. ad Sc. l.
Trebell. l. pecunia. 178. §. hereditas. 1. ff. d. verb. sign. Dissentire vide-
tur Fachin. 6. controvers. 30. circ. fin. dum commoda ex alluvio-
ne vel foetu animalium aut aliundè venientia, pertinere ad he-
redem istum, qui inventarium conficit, largitur. Non refraga-
tur, l. fin. §. fin autem dubius. 2. C. d. jur. delib. quæ vult, fieri de-

22



68
bere inventarium super his rebus, quas defunctus mortis tempore habebat. Siquidem responderi poterit, vel cum Bachov. *ad Treutl. vol. 2. disp. 12. th. 8. lit. F.* Justinianum considerasse id, quod principaliter est, & videri intellexisse omne illud tempus, quod inventarii confectionem antecessit: vel, quod defunctus, fructus quoque interpretatione legis habuisse censeatur; hereditas enim, ex qua veniunt, non heredis personam, sed defuncti sustinet, *l. hereditas. 34. ff. d. acquir. rer. dom. §. servus etiam. 2. l. d. hered. instit.* Nihilominus tamen Sichard. *loc. cit. num. vi.* putat: non esse necesse, ut describantur in inventario, sed sufficere, ut aliis documentis, forte, per libros rationum, constet de illo augmento.

30. Offert se quaestio: An, si hereditantum res esset cum legatariis, fructus & accessiones in inventario annotari opus foret? Affirmat. suadet *l. à Titio. 64. in fin. ff. d. furt.* ubi docetur: ea, quae legantur, recta via, ab eo, qui legavit, ad eum, cui legata sunt, transire. Atque adeo fructus, qui sequuntur dominium & domino rei acquiruntur, *l. fructus. 33. ff. d. rei vindic. l. Herennius. 42. ff. d. usur. & fruct.* ad ipsum pertinebunt, & consequenter etiam describendi erunt. Sed negativa in jure magis fundata, quae Bachov. quoque *loc. cit.* aridet. Recipit enim *d. l. 64.* restrictionem *ex l. si tibi. 86. §. cum servus. 2. ff. d. legat. 1. scil. ex die aditae hereditatis*, res legatae legatarii intelliguntur: Itaque nihil ipsi prodest, si ante aditam hereditatem per servos hereditarios, aut ex partu ancillarum hereditariarum, aut ex foetu pecorum aliquid accesserit hereditati, *§. quantitas. 2. l. d. L. Falcid. d. l. 86. §. 2. l. cum servus. 39. §. fructus autem. 1. vers. ipsius quoque. ff. d. legat. 1.* Quantitas enim patrimonii, ad quam ratio *L. Falcidiae* redigitur, mortis tempore spectatur, *d. §. 2. l. d. L. Falcid. & l. in quantitate. 73. pr. ff. eod.*

31. Fieri debet consignatio eo in loco, in quo res hereditariae, vel maxima pars earum posita est, *l. fin. §. sin autem à locis. 3. pr. & fin. C. d. jur. delib.* Ideo non est ferendus heres, si res rusticas in urbem, inventarii conficiendi causa, vehi jusserit; cum in itinere multa facile possint perire vel subtrahi, Gothofr. *in not. ibid. lit. R.*

32. Poterit autem heres, etsi hereditas ampla satis inque diversis

versis locis sita sit, unicum duntaxat inventarium facere, nec
duo plurave ut conficiat, cogendus; universae enim res, unum,
juris intellectu, repraesentant patrimonium, *arg. l. ex facto. 35. pr.*
ff. d. hered. instit. nec cujusquam interest, unum, an plura con-
scribantur inventaria, modò de hereditatis viribus legitime
constet.

33. Succedit jam forma, quae in tribus requisitis solennibus
consistit: Eorum primum in tempore tum inchoationis, tum
absolutionis positum est. Causa autem certi constituti tempo-
ris haec videtur; ne heredes, creditores atque legatarios pro lu-
bitu & diutius, quam par esset, cunctando detinerent ac suspen-
derent; cum definitum ad id in jure spatium, existimetur suffi-
ciens ad inquirendam & describendam quamcunque heredita-
tem, vel latissimè diffusam, *l. fin. §. sin autem à locis. 3. C. d. jur.*
delib.

34. Exordium itaque capiat inventarium intra triginta dies
post apertas tabulas, vel, postquam nota fuerit ei apertura tabu-
larum, vel, delatam sibi ab intestato hereditatem cognoverit,
numerandos, *d. l. fin. §. sin autem dubius. 2. ibiq;* Richard. Malumbr.
it. Sichard. n. 4. & Donell. n. 6. Cujac. Nov. 1. c. hinc nobis. 2. Treutl.
vol. 2. disp. 12. th. 8. lit. D. & ibi Bachov. Coll. Jur. Arg. d. acqu. he-
red. th. 32. sub. init. Schneidevv. in §. extraneis. l. d. hered. qual. &
differ. n. 12. Coler. de Proc. execut. p. 2. c. 3. n. 403. Fachin. 4. con-
trovers. c. 35. Abb. vol. 2. consil. 73. vers. debet etiam inventarium. Dn.
Carpzov. Jur. For. p. 3. const. 33. def. 13. n. 1. Et sic tempus, ab Im-
peratore inchoationi praefinitum, in praedictum creditorum
& legatariorum, plus justo extendendum non est cum iis, qui
initium ejus in diem usque hereditatis aditae, Accursium ad h. l.
in vers. delata. secuti, differunt: quod tamen in practica, sed, ut
pleraque alia, per errorem juris, servari, ex Salycet. refert Si-
chard. loc. alleg. Perspicua satis sunt adductae l. verba & delata
hereditas intelligitur, quam quis potest adeundo consequi, l.
delata. 15. ff. d. verb. sign. non, quae jam adita est. Quin potius,
conscripto quoque inventario, heredi recusare & adire heredi-
tatem liberum erit, d. l. fin. §. & hac quidem. 13. & §. sin autem hoc.
14. non enim actus iste, sive confectio inventarii, statim ani-
mmum adeundi ejusque declarationem inducit; cum id potuerit
magis

22



68
magis fecisse ob explorationem virium hereditatis, ut sc. quantæ essent, antequam adiret, perspectum haberet, Neviz. *consil.* 9. n. 14. Franc. Marc. *decis.* 26. Ruin. *vol.* 3. *consil.* 113. n. 4. Haud igitur possum, quoad hoc, facere cum Coll. Jur. Arg. *d. loc. th.* 30. *circ. princ.* ubi traditur: Juri deliberandi ante aditam hereditatem, inventarii confectio post aditam eam, locum esse; & sic dum hæc sibi invicem opponit ac in eo distinguit, videtur omninò negare, inventarium ante hereditatem aditam confici posse, quod est contra *d. §.* 13. & *§.* 14. nec per alleg. textus probatur. Idem asserit Rennem. *d. membr.* 2. *disp.* 36. *th.* 14. *lit.* B. *in not.*

35. Impleatur verò omnibus modis hoc inventarium intra alios sexaginta dies, *d. l. fin. §. sin autem dubius.* 2. *C. d. jur. delib.* atq; ita inchoando & perficiendo eidem præfiniti sunt tres menses, *d. l. fin. §. donec tamē.* 11. & *ibi* Dd. Grat. *vol.* 2. *consil.* 25. n. 6. Dn. Carpz. *d. loc. num.* 2. Hic enim pariter, prout in aliis locis, verb. gr. Nov. 115. c. *sed & hoc.* 2. *it. l. intestato.* 3. *§. de eo.* 12. *ff. d. suis & legit. hered.* *junct. l. septimo.* 12. *ff. d. stat. homin. & l. si venditor.* 28. *junct. l. quid si.* 31. *§. si quid.* 22. *ff. d. edil. edict.* mensis regulariter triginta diebus constat, Sichard. *d. loc. num.* 2.

36. Et quidem prædicta hæc hactenus ita sese habent, si res præfita sint, *d. l. fin. §. donec tamen.* 11. *sin autem à locis,* in quibus res hereditariæ, vel maxima pars earum posita est, heredes abesse contigerit, tunc eis unius anni spatium, à morte testatoris numerandum datur, ad hujusmodi inventarii consummationem, *d. l. fin. §. sin autem à locis.* 3. & *donec tamen.* 11. *ac ibi* Donell. n. 6. Dn. Carpzov. *loc. cit.* n. 5. qui n. 6. cum Schneidevv. docet: huic excusationi simillimam esse hanc, quando heres non habet tutorem, aut si res hereditariæ fuerint in alio loco. Mirum autem omninò est, quod Giphani. *d. l. fin. §. 2.* statuat: primò, tempus trimestre conficiendo inventario hic (sc. *in d. l. fin.*) quidem generaliter dari omnibus, tam præsentibus, quàm absentibus: & in Nov. 1. demum adhiberi distinctionem, ut præsentibus detur hoc tempus trimestre & longè absentibus annus. Secundò, annum istum à tempore apertarum tabularum, sive notitiæ numerandum. Utrumque enim contrariatur dd. textibus, præprimis verò *d. §. 3.* Rectiùs sese habent, quæ paulò post subjicit: Moribus nostris interdum prorogationem hujus temporis concedi

concedi solere, sed petitam à magistratu. quod etiam confirmat
Coll. Jur. Arg. loc. cit. th. 32. in med.

37. Notandum quoque hîc est: tempus istud, & quoad præ-
sentes, & quoad absentes continuum esse, & non utiles tantum,
sed singulos dies, etiam feriatos horasque sine interruptione
connumerari; quando enim temporis simpliciter, ut hîc fit, per
dies, menses aut annos fit mentio, nec, quòd utiles sint nomi-
natim additur, continui intelliguntur, arg. l. quia tractatus. 1. &
tot. tit. ff. d. divers. tempor. præscr. & ita quotidie praticari, testa-
tur Coler. de process. execut. p. 4. c. 1. n. 245. Accedit, quòd inven-
tarium non judicialiter, sed extrajudicialiter privatis in ædibus
conficiatur: actus autem tales, sicut &, qui voluntariæ sunt ju-
risdictionis, quovis tempore rectè expediuntur, l. ut in. 2. l. actus
omnes. 8. C. d. fer. Angel. in l. si cui. 1. §. hæc stipulatio. 9. ff. si cui plus,
quàm per L. Falc. Illud tamen inter utrosque intererit, quòd ab-
sentibus ex toto sit continuum, hoc est, in principio & progres-
su; quia, currit quoque ignorantibus, cum à morte testatoris
incipiat annus præfinitus, d. l. fin. §. sin autem à locis. 3. Præsentibus
verò ex parte duntaxat & ratione progressûs; siquidem
ratione principii illis utile est, & ex illo demum die, quo iis-
dem cognitum fuerit, quod scripti vel vocati sint heredes, dicti
tres menses computari debent, d. l. fin. §. 2. Similiratione, quâ
decendum appellationis interponendæ ab initio utile est; cum
non currat ignorantibus, l. ab eo. 3. C. quomod. & quand. jud. sent. Gloss.
& Dd. in auth. hodie. C. d. appell. & consult. Althus. Dicaol. l. 3. c. 55.
n. 52. 53. & 54. sed in progressu continuum, arg. l. quoniam. 1. C.
d. fer. Nov. 23. c. & sancimus. 2. d. auth. hodie. & c. quod ad. 15. X. d.
sent. & rejudic. Wesenb. in Parat. ff. quand. appell. n. 3. Renn. Jurispr.
Romano-Germ. membr. 4. disp. 48. th. 8. lit. A. in not. Et tutores vel
curatores, si intra centesimum lapidem sunt, intra quinquaginta
dies continuos, ex quo cognoverint se esse datos, se excu-
sare debent. §. qui autem. 16. l. d. excus. tut. vel curat.

38. Minimè prætereunda erit accerrimæ concertationis que-
stio: An perindè sit, sive primo, sive secundo, sive tertio demum
mense inchoatum sit inventarium, modò intra tres menses ab-
solutum: an verò si intra triginta dies, aut primum mensem
non sit ceptum, licet intra duos menses reliquos perfectum, vi-

C

22



68
tiosum sit & non valeat? Affirmandum duco posterius, cum
Munnio ad Treutl. vol. 2. disp. 12. th. 8. lit. D. & aliis, quos ibi ad-
ducit autoribus. Imperator enim distinctè de duobus tempo-
ribus, non consilii, sed præcipiendæ solennitatis atque neces-
sitaris gratiâ agit, in l. fin. §. sin autem dubius. 2. C. d. jur. delib. id
quod non modò patescit ex hoc ipso textu, sed & ex d. l. §. sin
verò. 12. ibi: secundum formam præsentis constitutionis. & §. sin autem
hoc. 14. ibi: cum omni subtilitate. Omne autem qui dicit, nihil ex-
cludit, arg. l. Juliano respondit. 68. pr. ff. d. legat. 3. ac secundum In-
terpp. ibid. Porro ex Nov. 1. c. hinc nobis. 2. §. fiat igitur. 1. ibi: se-
cundum modum & tempora. ut & §. si vero. 2. ibi: secundum hanc fi-
guram. Idcirco forma à legibus præscripta, aut erit exactè obser-
vanda, aut eâ omisâ & neglectâ, inventarium non ritè conscri-
ptum effectu destituetur, ad exemplum transactionis de ali-
mentis, citra plenariam causæ cognitionem permissæ, l. cum hi.
8. §. si Prætor. 17. ff. d. transact. & jurisjurandi, cujus delati forma
haud præcisè servata, licet per æquipollens juratum sit, & ideò
ex integro solenniter præstandi, l. qui per. 33. ff. d. jurejur. Ne-
quaquam assertioni huic resistit l. temporibus. 1. §. fin. ff. d. vent. in-
spic. custod. part. siquidem ea de his, quæ leviter observanda Præ-
tor edixit, & per rusticitatem omisâ fuere, loquitur, prout l. al-
leg. dicit ac se explicat. Quid autem hoc ad solennitatem di-
versi temporis, circa inventarii confectioem attendendi, omni-
nò & iteratò iunctam? Contrarium tenent & negativam de-
fendunt, Valasc. consult. 52. n. 8. Guid. Papæ. decis. 571. Bald. vol.
5. consil. 48. Treutl. loc. alleg. & ibi Bachov. Sichard. d. l. fin. §. sin
autem dubius. 2. n. 6. & 7.

39. Secundum requisitum requirit certas personas, quæ in-
ventarii confectioem interesse debent, & sunt: I. Tabularii, quo-
rum præsentia exigitur, d. l. fin. §. sin autem dubius. 2. Nov. 1. c. hinc
nobis. 2. §. fiat igitur. 1. Et quoniam in utroque loco Imperator
non singulari, sed plurali numero utitur, vix poterit dici, unum
tabularium sive notarium publicum huic negotio sufficere;
cùm tantæ rei, nimirum hereditatis universæ, eò certior debeat
esse fides, arg. d. Nov. 1. c. 2. §. 1. ibi: quantum ad hoc competit, non
credimus. nè creditores aut legatarii quicquam habeant, de quo
conqueri queant, utpote, qui in dubio cum magna sæpè debiti
jactura

iactura inventario stare ac in eodem acquiescere tenentur; est enim tunc pro herede præsumptio, & ipsi majorem substantiam à defuncto derelictam probare coguntur, *d. l. fin. §. licentia. 10.* Non tamen plures duobus tabulariis adhibere necessum erit; pluralis enim elocutio, duorum numero contenta est, *l. ubi numerus. 12. ff. d. testib.* Consentiant Rennemann. *membr. 2. disp. 36. th. 14.* Donell. *ad d. l. fin. n. 7.* Bocer. *class. 3. disp. 11. th. 66. lit. E.* Coll. Jur. Arg. *d. loc. th. 32. in med.* Treutl. *loc. cit. lit. E.* Unicum sufficere tabularium, statuunt, Rittersh. *in Nov. part. 6. c. 8. n. 8.* Bachov. *ad Treutl. d. loc.* Zæf. *ad ff. tit. d. jur. delib. n. 7.* Speculat. *tit. de instrum. edit. §. fin. vers. quid si heres.* Guilielm. Benedict. *in repet. c. Raynutius. X. d. testam. vers. mortuo itaq; testatore. n. 404.*

40. II. Alii, qui ad hujusmodi confectionem necessarii sunt, *d. l. fin. §. 2.* quales intelliguntur, non creditores hereditarii solum, sed etiam legatarii & fideicommissarii; & sichi omnes quoque convocandi erunt, *Nov. 1. c. 2. §. 1.* unoque alterovè non citato, inventarium vitio laborabit, nec subsistet; nam, ita neglecta est forma & determinata conditio, sub qua heredi beneficium hoc concessum, quo insimul sese indignum reddit. Præterea, nihil actum creditur, dum aliquid addendum superest, *l. cum Sillanianum. 11. in fin. C. d. his quib. ut indign.*

41. Nimirum dictæ personæ, ut certo loco & tempore compareant, negotio adsint, atque illud omni fide debitæque formâ expediri videant, citari debent, idque fieri poterit, sive personaliter, sive amicis, aut procuratori, aut ad domum, *arg. l. aut qui aliter. 5. §. & si fortè. 2. ff. quod vi aut clam. l. dies cautioni. 4. §. Prætor ait. 5. §. sequ. ff. d. damn. infect.* sive programmate, *l. si eo. 6. C. d. remiss. pignor.* Videlicet, nominatim citandi sunt creditores & legatarii, si sunt certi atq; noti, Bald. *vol. 4. consil. 145. in pr.* Natta *consil. 214. n. 15.* Sich. *d. loc. n. 20.* Zæf. *d. loc. n. 8.* vel incerti quidem, de facili autem nobis innotescere queunt, ut, qui sint, nobis certo constet, Decius *consil. 251. circ. fin.* Lofred. *consil. 32. n. 8. v. Fortius de prædicto.* Econtra generaliter per edictum publicum, vel, ut vocari solet, per proclama publicum citandi sunt incerti, Marant. *in Spec. aur. memb. 1. p. 6. n. 82. & seqq.* Marf. *singul. 259.* Hercul. *tract. Quis teneatur probare negativam. num. 242.* Sichard. & Zæf. *ad. loc.*

22



68
42. Non tamen præcisè ipsorum creditorum, legatariorum atque fideicommissariorum exigitur comparitio, sed sufficit, pro eis agentes, puta, procuratores, vel mandatarios, tutores, seu curatores adesse, si fortè personarum natura, aut dignitas, aut qualitas, aut ætas, aut quælibet necessitas facultatem eis non dat ad inventarii præsentiam, *Nov. 1. c. 2. §. 1. Conf. Coll. Jur. Arg. loc. cit.* Illud etiam hîc monendum: quòd, licet creditores non compareant, iis tamen non præjudicet quoad ipsorum creditum, *Alciat. vol. 3. consil. 43. n. 7.* Idquæ in legatariis vel fideicommissariis, quoad legata aut fideicommissa obtinere crediderim. Et cui bono, in casu absentia eorum, quorum interest, tres requirerentur testes, de quibus in thesi proximè sequenti, si creditum, legatum aut fideicommissum non comparendo statim amitteretur; neque enim ad alium effectum citandi sunt, nisi, ut interveniant in ipsa confectioe, nè decipiantur, aut aliquid surripiatur, atque ita hereditas solvendo esse desinat.

43. III. Testes non minùs tres, (tabulariis enim solis, quantum ad hoc competit, non credendum) fide digni, possidentes substantiam & optimæ opinionis existentes, *d. Nov. 1. c. 2. §. 1. nam, testium fides diligenter examinanda est, l. testium. 3. pr. ff. d. testib.*

44. Dicitur autem in *d. Nov. cit. loc. si verò absunt aliqui.* Scilicet eorum, quorum interest. Ex quo satis liquet, præsentiam trium testium non indifferenter requiri aut necessariam esse, si nulli absint; optimè enim hic, argumentum à contrario sensu ductum, locum sibi vindicabit; cum nulla lex, sine qua agere erubescimus, *Nov. 18. c. consideremus. §. pr.* repugnet: nec ratio, aliud dictitans, se offerat; præsentibus namque iis, quorum interest, ulteriori probatione opus haud erit, cum ipsi inventarium sine fraude confici videant. Quin etiam perspicuè sententiam confirmant, adducta *Nov. 1.* verba hæc: *tabulariis enim solis.* Nescio itaque, quâ ratione *Roland. à Vall. de inventarii confect. part. 3. vers. in ipso quoq; inventario.* asserere queat: sufficere, quòd interveniant duo testes in inventario.

45. Tertium requisitum positum est in subscriptione heredis; eam enim supponere heredem necesse est, *d. l. fin. §. sin autem dubius. 2. & ibi Salyc. in princ. Natta consil. 214. n. 12. Guid. Papæ con-*

pæ consil. 42. in princ. Et quidem taliter, ut significet & quantitatem rerum, & quòd nullâ malignitate circa eas, ab eo factâ vel faciendâ, res apud eum remaneant, *d. §. 2. ibiq.* Donell. *n. 8.* Inde apparet, heredis subscriptionem requiri, ut omnis fraus excludatur. Forsan quoque, ut heres, qui semper præsens esse debet, postea se interfuisse vel consensisse, inficiari, aut se ignorasse, asserere nequeat.

46. Quantitas verò rerum hereditariarum inventario subscribenda erit, non per numerum; prolixius namque & subscriptioni inconueniens videtur, singularum rerum apponere numerum. Multò minùs per numerum & æstimationem, ex eadem ratione: sed per æstimationem, à peritis æstimatoribus, secundum *Dd.* faciendam, solam; ea enim uniuersarum rerum in summam unam contracta, subscriptioni apprimè conuenit, atque ex æstimatione patrimonii computatio, ut sciri possit, quid & quantum sit in hereditate, est ineunda, *d. l. fin. §. in computatione. 9. Coll. Jur. Arg. d. loc. circ. fin.*

47. Hæc ita, si heres ipse subscripserit, sese habent, si verò, vel ignarus literarum sit, vel scribere præpediatur: I. Specialis tabularius ad hoc solum adhibendus, ut pro eo literas supponat, *d. l. fin. §. 2. circ. fin. Ang. in l. si cui. 1. §. hac stipulatio. 9. ff. si cui plus, quàm per L. Falc. v. si autem ipse heres. Rol. à Vall. vol. 2. consil. 73. n. 25. Zœl. d. loc. n. 10.* Nimirum, præter duos tabularios, de quibus supra *th. 39.* tertius requiritur, qui vices heredis gerat in subscriptione, ei nominatim committenda, *loc. cit. ibi: iubente eo tabularium, pro se subscribere.* Ex quibus verbis firmiter colligitur, sufficere iustum heredis, vel, simpliciter in rem istam deputatum esse tabularium tertium, nec exigi, ut solenniter sit rogatus; præprimis, cum solennis rogationis nulla fiat mentio *in tota d. l. fin. & Nov. 1.* ubi tamen integra inventarii forma præscripta traditur.

48. Et quoniam, si heres præsens ipse subscribere nequeat, per adhibitum tabularium, ut fiat, pro forma inventarii *in d. l. fin.* constitutum est, spontè sequitur, non sufficere, ejus loco per procuratorem subscribi curare; nam, formâ actûs alicujus non seruatâ, totus actus corrui, *arg. l. si unus. 12. C. d. testam.* Secus est in herede absente, cui lex, per procuratorem inventarium conficere permisit, *d. l. fin. §. sin autem à locis. 3.* & ita subscriptionem

22



68.
quoque, tanquam necessarium ejusdem requisitum, permisisse
censetur; concesso enim aliquo, ea quoque concessa intelligun-
tur, sine quibus illud explicari non potest, *arg. l. cui jurisdictione. 2. ff. d. jurisdict.* Salycet. *in d. l. fin. §. sin autem dubius. 2.* Imò, irrationa-
bile foret, ut rerum hereditariarum consignatio alibi fieret, ab-
sens autem in remotissimo loco, eam subscriptione corroborare
deberet.

49. II. Præter specialem notarium testes assumendi, *d. l. fin. §. 2. in fin. ad minimum duo, arg. l. ubi numerus. 12. ff. d. testib.* qui here-
dem cognoscant & actui intersint, *d. §. 2. quorum subscriptio,*
cùm ibi non requiratur, concludendum erit, satis esse, ut hi testes
à notario nominentur ac subscribantur.

50. III. Venerabile signum (crucis) antea (priusquam à no-
tario subscriptio fiat) manu heredis præpositum requiritur, *d. l. fin. §. 2.* Causa non erit alia, quàm, ut hoc crucis signo admoneatur,
ab omni dolo abstinendum esse, alias Deum iniquæ occultatio-
nis atque malignitatis vindicem extitutum. Quamvis autem
Bart. ad l. cit. n. 3. Jas. ad eand. n. 4. & Zoes. loc. alleg. num. 10. vene-
rabilis signi, utpotè levis solennitatis & minimi præjudicii, omis-
sionem, inventarium non vitiare dicat: Amplectenda tamen po-
tius erit, in dicto scil. casu, quando heres ipse non subscribit, alte-
ra sententia. Hodie solennitatem hanc non amplius observari,
testis est *Sichard. ad d. l. §. 2. n. 26. Mynsing. ad §. sed nostra. l. d. hered. qual. & differ.*

51. Congerunt nonnulli Interpretum plura adhuc solennia
requisita, sed præter necessitatem atque rei veritatem; cùm non
tantum legum (quas interpretari illis licet, mutare haud licet)
destituantur præsidio: & sic *in Nov. 18. c. consideremus autem. 5. pr. im-*
pingant, verum etiam aliæ ipsis resistent rationes. Ita I. Nomen
& annus Imperatoris regnantis, est quidem de forma documen-
ti seu instrumenti communi; cùm tabelliones hoc modo in iis
incipere debeant: Imperii illius sacratissimi Augusti Imperatoris
anno tanto, *Nov. 47. c. unde sancimus. 1. pr.* quod etiam confirmat
Constitut. Imperat. Maximiliani, 3u Cöln Anno 1512. *§. und nach-*
dem. Nec hujus rei videtur deesse ratio; siquidem nomen Impe-
ratoris, ob honorem eidem, tanquam summo Principi debitum,
apponendum est. Annus verò propterea, ut eò certius constare
queat,

queat, quando instrumentum sit confectum, quod scire, multum
sæpè refert. Sed inde non statim profluit: Ergò est de solennita-
te inventarii heredis; Distinguendum enim erat inter ejus for-
mam genericam vel communem, & specificam seu propriam, de
qua Imperatori *in d. l. fin. C. d. jur. delib. & Nov. l. c. 2.* ast non de il-
la, sermo est.

52. II. Protestatio (quâ heres in initio vel fine inventarii sibi
cavet, quòd, si quædam ex errore annotata & descripta sint, pro
non scriptis habeantur: e contra, si quædam, quæ inserenda erant,
omissa sint, ea in illud, quamprimum eò pertinere cognoverit,
bonâ fide referre velit) quamvis utilis sit heredi, suspicionem ma-
lignitatis ab eo removeat & omnia, quæ bonâ fide, sed minùs
cautè ab eo facta sunt, pro infectis haberi oportet; ejus enim na-
tura est, protestantis jus conservare, *arg. l. Nessennius. 34. vers. quid
enim si. ff. d. negot. gest.* eòque tendunt tradita à Dn. Carpz. *Jur. For.
p. 3. const. 33. def. 12. n. 3. & seqq.* non tamen formale hujus inven-
tarii requisitum repræsentare valet; qualis enim ab utili, ad illud
argumentatio? cùm nullibi ea in jure præscripta. Vid. Rittersh.
*in Nov. p. 6. c. 8. n. II. Giph. d. l. fin. S. sin autem dubius. 2. & Si-
chard. ibid. n. 12.*

53. III. Designatio accurata quarumvis rerum hereditaria-
rum, Sichard. *d. loc. n. 6.* quia, id ipsum aliis quoque competit
descriptionibus, ut videl. res omnes & singulæ decenter in illis
consignentur, Giph. *loc. cit.* Et ideò de forma inventarii hujus
solennis vix erit; cùm respectu subjecti tantum, sive materiæ, ita
consideretur, nimirum, prout circa res descriptio versatur. Inte-
rim dissimulandum non erit, designationem, respectu quantitatis
in subscriptione heredis exprimendæ, & pro ea acceptam, ad for-
mam pertinere, *arg. d. l. fin. S. 2.*

54. IV. Præsentia judicis; hæc enim non modò formæ par-
tem non constituit, sed nec aliàs quidem necessaria est, aut ullibi
requiritur; quin, hæc ratione notariis duobus, aliquando & ter-
tio unâ cum testibus, heredis subscriptione, reliquisq; haud opus
foret solennitatibus, *arg. l. in donationibus. 31. C. d. donation.* Dissen-
tientes quosdam recenset & refutat, Fachin. *4. contro. cap. 36.*

55. V. Publicatio, & adhuc alia quædam, itidem malè formæ
speci-

22



68.
specificæ aut solennibus requisitis annumerantur; quia, hoc quoque fit sine ill. & satis firmo fundamento.

56. Restat inventarii finis: is est, quò heredi, non tantum militi, ut olim, sed cuivis prospiciatur optimè; Humanum enim iudicavit Divus Justinianus, non solum milites adjuvare huiusmodi beneficio, sed & ad omnes hoc extendere, *d. l. fin. pr. C. d. jur. delib.* sive improvisum emerferit debitum, sive onerosam quis inveniat esse, quam adiit, hereditatem, *d. loc.* Ita, nec deliberationis necessarium est auxilium, nec heres ultra hereditarias vires tenetur, ullo vè damno afficitur, *d. l. fin. passim.* quod mox plenius tradetur, ubi de effectu agendum erit. Subest nihilominus plerisque in locis hodiè alia quoque causa, cur inventarii confectio mandetur: publicum nempe interesse, & ut hoc modo de cuiusvis quantitate patrimonii exactè constet ac perspici queat, num in censu agendo defunctus bona sua fideliter indicaverit ac professus fuerit, *Coll. Jur. Arg. d. loc. th. 34. n. 1.* Et hinc profluxit, quòd moribus nostris in omni ferè Germania, in omni aditionis genere necesse sit, conficere inventarium, *Giphan. d. l. fin. in fin. princ.*

57. Afferendum hùc est: Arbitrari quosdam, inventarii confectioem non solius heredis gratià, sed contemplatione quoque ac favore creditorum hereditariorum, legatariorum & fideicommissariorum introductum esse, à quibus multis motus momenti recedo: Nam, I. inventarium est vice juris deliberandi, *l. fin. §. donec tamen. II. C. d. jur. delib.* quod heredi duntaxat indultum, concedendo eidem hereditatem intra certa tempora adire aut repudiare, *§. extraneis. 5. I. d. hered. qual. & differ. l. cum in. 19. C. d. jur. delib.* Jam verò surrogatum sapit naturam eius, cui surrogatur, *arg. §. fuerat antea. 29. I. d. action. l. si eum. 10. §. qui injuriarum. 2. ff. si quis caut. 2.* Imperator heredi, posthabenti beneficium inventarii, indulget deliberationem petere, *d. l. fin. §. & hac quidem. 10. & sese veteri gravamini supponere, §. sciendum est. 6. I. d. hered. qual. & diff.* Sic varias ob causas eundem illud omittere posse infra cognoscemus, ubi ad contraria perventum erit. Quæ omnia minime locum invenirent, si præter heredis, creditorum quoque, &c. versaretur hac in re favor; cum, quilibet solummodò favori pro se, non simul pro altero, introducto, renunciare valeat, *per jura vulgata. 3.* Imperator *per tot. d. l. fin.* hoc potissimum agit, ut heredi
optimè

58
optimè consultum & prospectum velit. 4. Multum sæpè interest creditorum, inventarium ab herede non conscribi, qui iis tùm in solidum & ultra vires hereditarias tenetur, *d. l. fin. §. fin. verò.* 12. secus, ac est inventario confecto, *d. l. fin. §. licentia.* 10. Imò, magnos sumptus in magnis præprimis hereditatibus inventarii requirit confectio; alendi enim sunt tabularii & testes, qui adhibentur, nec statim res hereditariæ discutuntur, quò discussæ & cognitæ eò rectius describantur: quibus sumptibus hereditatem valdè minui, certum est, *Donell. d. l. fin. num. 16.* ut vel hereditas possit desinere esse solvendo. Interdum tamen per accidens evenire potest, ut creditoribus & legatariis, inventarium ritè conscriptum esse, prosit.

58. Haftenus de causis. Sequuntur nunc justo ordine effectus inventarii tam confecti, quàm neglecti. Illius I est: Heres in tantum tenetur, quantum valere bona hereditatis contingit, *§. sciendum est. 6. I. d. hered. qual. & diff. sive, ut loquitur d. l. fin. §. & si prafatam. 4.* in tantum hereditariis creditoribus tenetur, in quantum res substantiæ ad eum devolutæ valeant, & nihil ex sua substantia penitus amittat. Ratio *ibidem* statim annectitur: nè, dum lucrum facere sperat, in damnum incidat. (quam quidem stultam rationem, aut certè frigidam, appellare audeat *Gothofr. ibid. in not. lit. C.*) Quæcunque igitur commoda sunt hereditaria, ea heres habeat, quæcunque autem sunt incommoda & onera, ea non noceant heredi, *Donell. d. l. n. 9.* attendendæ enim sunt dictiones, *nihil & penitus*; quarum illa est universalis; negativa, *l. si is qui. 13. §. utrum ita. 3. & seqq.* hæc autem idem importat, quod dictio, *omnino*, *Ruin. vol. 1. consil. 49. n. 9.* *Idem vol. 3. consil. 41. n. 8.* atque sic invicem junctæ idem denotant, quod, *nullo modo*, *Alexand. vol. 2. consil. 13. n. 19.* vel *totaliter*, *Grat. vol. 2. consil. 65. n. 23.* cui consequens est, quòd à quocunque damno, etiam minimo, illæsus esse debeat, *Duen. reg. 277. n. 7.* *Cravet. de antiq. tempor. part. 4. §. 1. n. 154.* *Socin. jun. vol. 3. consil. 42. n. 3.* *Crot. consil. 107. n. 7.* *Chassan. consil. 23. n. 28.* *Paris. vol. 3. consil. 69. n. 160.*

59. Quæstionem feudalem magnæ contentions hîc proponere placet: Num filius (cui non æquè, ut agnato, repudiata hereditate feudum retinere, nec de debito hereditario aliquid

D

22

68.
feudi nomine solvere licet, sed utrumque retinere, aut utrumque repudiare obstrictus est, *per text. 2. Feud. 45. & 51. §. filius non. 4.*) si inventarii beneficio utens hereditatem adeat, & feudum simul apprehendat, ultra vires hereditarias in bonis allodialibus teneatur, & debita patris ex feudo solvere de jure feudali communi compellendus sit? Affirmant & contra filium pronunciant, Cujac. *ad 2. Feud. 45. Sonsb. de Feud. part. 9. n. 159. & seqq.* Sed negativam tuebor; quia 1. Adeundo hereditatem obæratam, dispositioni à filio satisficit, *d. text. 2. Feud. 45.* 2. Beneficium *l. fin. C. d. jur. delib.* cuius heredi, & sic filiis etiam concessum, *d. text. Feud.* his non adimitur aut expressè mutatur, ideoque factum tectum manet; cum, juris communis correctio, quæ apertis verbis fieri debet, non præsumatur, & si casus consuetudine feudali non sit comprehensus, tùm citra calumniam lege scriptâ, id est, jure communi, utamur, *2. Feud. 1. vers. legum autem.* 3. Feudum sanguinis jure defertur & non est in hereditate, *1. Feud. 13. §. & si clientulus. 2. Feud. 50. in pr. & in fin.* Habet enim filius illud jure singulari, nec patri suo heres, vel ex paterno successor est, sed proprio jure vocatur atque succedit, videlicet ex contractu ac primi acquirentis provisione, *1. Feud. 14. §. 1. & beneficio domini, 2. Feud. 23. §. fin.* namque, tot sunt in concessione feudi donationes, quot sunt personæ successorum, *2. Feud. 23. §. fin.* Et inde est, quod pater filio feudum adimere & alteri dare nequeat, *1. Feud. 8.* De Jure Sax. expeditum est, quòd filius sive inventarium confecerit, sive non, ultra hereditatis paternæ vires, ex feudo quoque solvere cogatur, *Novell. Elect. Aug. p. 2. const. 47. ibiq. Dn. Carpzov. def. 6. Ordin. Targens. rubr. welcher gestalt die Agnaten. §. da aber ein Vatter bey seinem leben. vers. wann auch gleich der Vatter sonst gar keine Erbgüter nach sich gelassen/oder auch die Söhne ein inventarium gemacht hätten &c.* Hoc tamen non in omni foro Saxon. sed in ipso tantùm Electoratu obtinebit; cum extra eundem filius, repudiatâ patris hereditate (quod majus est) feudum retinere possit, teste Dn. Carpz. *d. const. 47. def. 4.* idque probat *per text. in art. 21. libr. 2. Landrecht.*

60. Inventarii conscripti effectus II est: Heres legatariis sive fideicommissariis Falcidiam, id est, quartam partem detrahit,
d. l.

58
d. l. fin. §. et si prefatam. 4. Nov. i. c. 2. §. i. Alexand. ad l. in ratio-
ne. 30. §. rursus diligenter. 2. ff. ad L. Falcid. Jac. Æonylia. consil. 12.
in pr. quando scil. hereditas ultra dodrantem gravata est, pr. I. d.
L. Falcid. Socin. jun. vol. 1. consil. 134. circ. in it. Priusquam autem
ratio Falcidiæ ponatur, ante omnia æs alienum deducendum,
l. Papinianus. 8. §. quarta autem. 9. ff. d. in off. testam. §. cum autem. 3. I.
d. L. Falcid.

61. Et quoniam d. l. fin. & Nov. i. generaliter loquuntur, nec
militum legata cum Salyc. ad l. in testamento. 7. C. ad L. Falcid. nec
legata ad pias causas, contra Capram, conclus. 110. num. 4. à Falci-
diæ detractioe inventario confecto excipiendæ erunt. Non illa,
quia, milites dispositioni Justinianæ de inventario itidem sub-
jiciuntur, d. Nov. i. c. 4. §. 2. per verbum: sive militari. Beringa ad
l. in quartam. 91. ff. ad L. Falcid. num. 215. Non hæc, quia, olim quoq;
L. Falcidia ad ea referebatur, quæ Deo relinquebantur, l. lex Fal-
cidia. 1. §. ad municipium. 5. ff. eod. quod jus vetus, cum, in casu con-
fecti inventarii, nullibi mutatum sit, utique adhuc stabit, nec li-
cebit, sine expresso textu mutationem statuere, arg. l. precipimus.
32. §. fin. C. d. appellat. Sed hæc & præcedens th. admittet limita-
tionem, ex Nov. i. c. 2. §. si verò non fecerit. 2. vers. si verò expressim. vi-
del. si testator expressim designaverit: non velle, heredem retine-
re Falcidiam.

62. Effectus III est: Heres jura sua atque actiones, ex here-
ditate sibi debitas, salvas habet, d. l. fin. §. in computatione. 9. vers. si
verò & ipse. ubi dicitur: quod hæ actiones non confundantur, hoc est,
quòd confusione eas haud amittat, (prout aliàs fit, quando cre-
diti & debiti jus in eadem persona concurrat, l. verborum. 107. ff. d.
solut. & liber. vel in specie, ubi creditor debitoris aut vice versâ,
debitor creditoris heres existit, l. sicut. 75. l. Stichum. 95. §. aditio. 2.
ff. eod. l. ut debitum. 5. C. d. hered. act. nemo enim sibi ipsi debitoris
& creditoris loco esse potest, arg. l. Granius. 71. ff. d. fidejuss.) sed quod
heres inventarium conficiens defuncti creditor, ut antea fuit, ma-
neat, ac similem cum aliis creditoribus per omnia habeat fortu-
nam, ut loquitur, d. §. 9. cum inventarium bona secernat, ejus-
que beneficio heres defuncto nunquam successisse, & sic diversam
ab ipso personam esse, juris effectum fingatur; nè scil. beneficium
pro eo introductum sine destituatur suo ac contrarium, damnium

68.
eidem afferendo, operetur, adversus *l. quod favore. 6. C. d. legib.*
Coll. Jur. Arg. *d. acquir. hered. th. 34. num. 3.* Giph. *d. l. fin. §. fin.*
autem dubius. 2. in med. Dn. Carpzov. *decis. 160. num. 17.* Excipitur
secundum mentem Zœf. *ad ff. tit. d. jur. delib. num. 11.* actio pœna-
lis; cùm pœna ad lucrum tendat, quod, in detrimentum aliorum,
heredi conservari durum foret, *l. cum emptor. 48. ff. ad L. Falcid.* Il-
lud etiam hîc non est prætereundum: temporis prærogativam,
quoad hypothecas, *l. si decreto. 2. C. qui potior. in pignor. inter credi-*
tores servandam, d. §. 9. quamvis aliter se res habeat circa actio-
nes privilegiatas in personam, quæ ex causa, non ex tempore
æstimantur, *l. privilegia. 32. ff. d. bon. aut. jud. possid.*

63. Pariter autem heres debitor quoque, inventario confecto,
à debito, quo tenebatur defuncto, minime liberatur, sed integrum
& istud manet, atque in hereditatis quantitate numerandum
est; nam, confectio inventarii, sicut non debet fieri in fraudem
heredis creditoris: sic nec, quando heres est debitor, in fraudem
creditorum, *arg. d. §. 9. vers. si verò & ipse.* Inimica enim legibus
fraus & dolosa circumventio.

64. Effectus IV est: Heres deducit impensas factas & appro-
batas, *d. l. fin. §. in computatione. 9.* Quales sunt: 1. Sumptus in
mortui infirmitatem facti, *arg. l. in restituenda. 4. C. d. petit. hered.*
ibiq; Bald. l. legatum. 3. C. d. rel. & sumpt. fun. nimirum, ultimam,
Jaf. ad d. §. 9. num. 1. Natta consil. 448. num. 14. 2. Sumptus
funeris, *d. §. 9. Alciat. vol. 3. consil. 139. in princ. Duen. regal. 267. n. 3.*
quos explicat Jctus Macer *in l. funeris. 37. ff. eod.* Ratio quoad eos
est; quia, privilegiati adeò sunt, ut omnes æs alienum præcedant,
l. penult. ff. eod. §. cum autem. 3. l. d. L. Falcid. l. lex Falcidia. 1. §. de im-
penfa. 19. ff. eod. Nov. Elect. Aug. p. 1. const. 28. nè videlicet cadave-
ra jaceant insepulta, *arg. l. sunt personæ. 43. ff. d. relig. & sumpt. fun.*
3. Impensæ in quamvis necessariam hereditatis causam erogatæ,
d. §. 9. ibiq; Dd. puta, in testamenti insinuationem & ejus publi-
cationem, ac inventarii confectioem, Dn. Carpz. Jur. For. p. 3.
const. 33. def. 17. (tametsi hæc secundum Donell. *ad d. l. fin. num. 13.*
videri possint utiles esse magis, quam necessitate ullâ factæ; cùm
heres non cogatur inventarium facere.) item, cùm pecora & ju-
menta pavit, hereditariam familiam aluit, res hereditatis repara-
vit, ea, quæ servando servari nequeunt, vendidit & simul aliquid
impen-

30
impendit, verb. gr. proxenetis quaedam solvendo, Bald. vol. 3.
confil. 73. Ripa. in l. ubi purè. §. fin. ff. ad Sct. Trebell. num. 5. Stracha.
de Proxenet. part. 4. fol. m. 44. vers. nec dissimile. Prolixius de impen-
sis deducendis agit Sichard. d. §. in computatione. 9. n. 1. & seqq.

65. Ambiguo Marte disceptatur: Num hinc quoque referendi
sint sumptus in litem pro defendenda hereditate ab herede im-
pensi contra tertium, qui eam falsò sibi asserebat? A partibus af-
firmant. stabo; quia, heres aliàs, contra mentem Imperatoris in
Nov. 1. c. 2. §. 1. in princ. damno afficeretur ex hereditate, in cujus,
ut & defuncti necessariam causam expensas fecit; defuncti nam-
que interest, ejus voluntatem defendi, nec hereditatem ad alios
devolvi. Quin & legatariorum aut fideicommissariorum sæpè
hac in re versatur commodum, nimir. si ex ejusmodi causa lis fue-
rit mota, ex qua, testamento everso, nec legata seu fideicommissa
debentur. Fachin. 6. controvers. cap. 29. quatuor Dd. refert senten-
tias; eam tamen, quam hinc teneo & Angeli est, communiter rece-
ptam atque veriore judicat: illud ait intelligi posse ex Emilia-
no in consil. 15. Rol. à Vall. de confect. invent. part. 4. §. quid de expen-
sis. & Marzario de fideicommiss. ult. part. Epitom. quest. 67. hoc probat
ex d. l. fin. §. in computatione. 9. verbis sequentibus: vel in alias ne-
cessarias causas hereditatis.

66. Effectus V est: Heres creditoribus & legatariis, primò
venientibus & solutionem petentibus, sine ullo periculo solvit,
ac quavis solutione, bonà fide factà, liberatur, d. l. fin. §. & si presen-
tam. 4. & creditores, tardiùs venientes, si nihil est reliquum, repel-
lit, d. §. 4. nec contra heredem ulla iis competit actio, d. l. fin. §.
sin verò creditores. 5. Jodoc. Brugen. Practic. rer. civil. cas. 18. num. 5.
Ang. à Gambel. de testament. gloss. 112. n. 8. Paul. de Castr. consil. 211.
circ. fin. Adeoque heredi nequaquam, quòd satisfactionem ab iis,
quibus solvit, de restituendo aliis post venturis, si plus justo exe-
gissent & accepissent, non receperit (prout olim propter fraudis
suspicionem fiebat, tot. tit. ff. si cui plus, quàm per L. Falc. & l. dolo. 41.
ff. ad L. Falcid.) imputatur, sed ab omni litis sumptuumque vexa-
tione est immunis: quò videlicet intuitu hujus favoris heres he-
reditatem eò libentiùs adeat, nec molestias ullas aut damnum
indè sentiat. Verùm dixi: bonà fide, id est, si ignoraverit alios cre-
ditores potiores; si enim sciverit & tamen solverit, nec cautio-

68. nem exegerit, in dolo est, *l. dolo carere. 41. ff. d. t.* atque tunc aliud dicendum cum Bart. Cyn. & Salycet. *ad d. §. & si prafatam. 4.*

67. Possunt autem creditores, serò admodum venientes, debitum exigere: Tùm à legatariis, *d. l. fin. §. sin verò creditores. 5.* apponitur *ibidem* ratio hæc: quod satis absurdum sit, creditoribus quidem jus suum persequentibus legitimum auxilium denegari, legatariis verò, qui pro lucro certant, suas partes leges accommodare. quod etiam innuit *l. non debet. 41. §. in re. 1. ff. d. reg. jur.* Tùm à creditoribus, quibus prius res hereditariæ in solutum datae sunt, vel pecuniâ, ex illarum venditione redactâ, satisfactum est, *d. l. fin. §. sin verò heredes. 6.* Intellige thes. quando nihil amplius est apud heredem, & hereditas non est solvendo; aliàs enim secus est, Picus *ad l. in quartam. 91. ff. ad L. Falcid. num. 261. Coraf. ad l. filium quem habentem. 24. C. famil. herc.*

68. Et quidem tunc creditores adversus legatarios venire & vel hypothecis, id est, actione hypothecariâ uti possunt, *d. §. sin verò creditores. 5.* quando nempe res hereditaria legatariis soluta, antea creditoribus à testatore fuit obligata & adhuc extat; est enim actio realis & quemlibet possessorem sequitur, *l. si fundus. 16. §. in vindicatione. 3. ff. d. pignor. & hypoth.* Vel indebiti conditione, *d. §. 5.* quando scil. res hypothecata est extincta; quia, res extinctæ non vindicantur, sed condicuntur: vel talis res legatariis data, cujus hypothecam creditores non habuerunt. Haud obstat, quòd condictio videatur ei dari, qui solvit indebitum, *per §. is quoq. 1. l. quib. mod. re contr. obl.* Nec enim novum, ut, quod alius solverit, alius repetat, *l. nec novum. 5. ff. d. condict. indeb.* Exempla hujus rei sunt *in d. l. 5. & tribus proximè pracedentib. ut & in l. dominus. 53. eod.*

69. Creditoribus verò, exigendo quidem posterioribus, jure tamen potioribus, contra alios creditores, itidem duo suppetunt remedia, & eos convenire queunt, vel actione hypothecariâ, *d. l. fin. §. sin verò heredes. 6.* si res ipsis obligata extet. Vel conditione ex *L. d. §. 6.* si res non extet aut vendita sit, & pecunia creditoribus soluta. Ratio diversitatis, cur creditoribus contra creditores non æquè, prout creditoribus contra legatarios, in casu rei hypothecatae, alienatae aut extinctæ, condictio indebiti, sed condictio ex *L.* detur, hæc erit: quòd tùm æquitas natura-

52
naturalis, quâ conditio indebiti nititur, *l. indebiti. 15. l. hac con-*
ditio. 66. ff. d. condit. indeb. cessat, & sic ad extremum, condi-
tionis ex *L. remedium confugiendum fuit, arg. l. un. ff. d. con-*
dit. ex L. Creditores enim invicem pariter de damno vitando,
legatarii autem de lucro captando certant. Ast divortium à *d. l.*
fin. §. 5. verbis expressis, ut & Interpp. quotquot quidem evol-
vere licuit, facit Donell. *ibid. n. 14.* dum scribit: Conditio-
nem ex *L.* tunc locum habere, cum creditores non persequuntur hy-
pothecas, sed tanquam debitum à legatariis petunt. idque de-
ducere tentat ex *d. l. un. ff. d. condit. ex L.* quæ tamen tota contra
ipsum militat; ea enim hoc dicit: Si obligatio novâ lege in-
troducenda sit, nec cautum eadem lege, quo genere actionis expe-
riatur, ex lege agendum est. Atqui *in d. §. 5.* cautum est, quo
actionis genere creditores adversus legatarios in quocunque
casu experiri queant. Ergò ex lege ipsis non est agendum. Il-
lud facile largiendum, quando in eodem numero ex *§. fin. verò*
heredes. 6. colligit: quòd creditoribus nullas hypothecas haben-
tibus, quamvis privilegiatis, non detur regressus adversus eos
creditores, qui suum jam sunt consecuti.

70. Effectus VI est: Creditores non possunt rem heredita-
riam hypothecatam, & solutionis gratiâ fortè ab herede vendi-
tam, ab emptore revocare, *d. l. fin. §. fin. verò creditores. 5. & §. sed*
nec adversus emptores. 8. ubi Imperator emptorem omninò, ex
speciali beneficio voluit securum esse. Idque ad venditionem
sine subhastatione factam, etiam extendendum, secundum Bal.
ad d. §. 5. quod minimè ferendum videtur Gothofr. *in not. ad d. l.*
fin. §. 4. lit. F. Et meritò venditio ab herede celebrata valida est;
cum creditoribus non tantum incommodum nullum afferat,
sed & aliàs, si creditoribus rem venditam emptori evincere
concederetur, is ad heredem regressum haberet atque eum evi-
ctionis nomine conveniret, in quem hoc modo damnum tan-
dem redundaret, contra *d. l. fin. §. 4. Nov. 1. c. 2. §. 1.* Vid. Coll.
Jur. Arg. *d. acquir. hered. th. 34. n. 4. per tot. Sichard. ad d. §. 4.*
n. 13. & seqq.

71. Effectus VII est: Intra tempora confectioni inventarii
præfinita, nec creditores, nec legatarii seu fideicommissarii, nec
judicialiter, nec extrajudicialiter heredem convenire & inquie-
tare

22

68.
tare valent, d. l. fin. §. donec tamen. 11. Jal. in §. fuerat antea. 29. l. d. action. Guido Papæ. quest. 571. Duen. regul. 267. in pr. Ang. à Gambel. de testament. gloss. 112. n. 7. vers. durante. Boer. decis. 10. n. 9. Est enim hoc spatium ipso jure, pro deliberatione heredi concessum, d. §. 11. atque interim hereditas censetur jacens, Rol. à Vall. vol. 2. consil. 73. n. 3. & vol. 4. consil. 63. n. 56. Dn. Carp. decis. 25. n. 16. & decis. 160. n. 16. Deindè heredi tum temporis multum est negotii, dum in conscribendo inventario magnum laborem, omnemque fidem & diligentiam adhibere necessum habet; quippe, citandi sunt creditores ac legatarii aut fideicommissarii, res probè inspiciendæ & accuratè consignandæ, atque quamplurima alia sollicitè observanda. Indè apparet, heredi eo tempore exceptionem dilatoriam dari, contra creditores & legatarios suum petentes, Coll. Jur. Arg. d. loc. n. 8. Tutius etiam erit ob hætenus allata statuere: nec quidem per rei vindicationem heredem conveniri posse; præsertim, cum in rei vindicatione duo requirantur, ex parte agentis, dominium, ex parte vero rei, possessio, l. actionum. 26. ff. d. obl. & act. ex quibus posterius, durante tempore conficiendi inventarii, semper deficit, prout ex dictis constat. Conf. Fach. 6. controv. c. 26. Diss. Chassan. consuetud. Burg. rubr. 8. §. 13. Vivius Com. opin. v. exceptio, & Interpp. communiter ad d. §. donec tamen. 11. quorum quidam relicta pro anima, quidam etiam usuras, à defuncto extortas, excipiunt, & earum nomine heredem, tempore quoque inventarii conficiendi, conveniri posse, affirmant, eâ moti ratione: quoniam anima defuncti, dum retardatur ejusmodi restitutio, cruciatur in alio seculo, Roland. à Vall. de confect. invent. part. 4. vers. quarta est utilitas.

72. Effectus VIII est: Creditoribus hæc dilatio nihil præjudicii generat circa temporalem præscriptionem, d. §. 11. & ibi Bald. Jacob Butr. Corn. aliique. siquidem illa iis, tanquam heredem convenire prohibitis, non currit; quis enim incusare eos poterit, si hoc non fecerint, quod etsi maluerint, minimè adimplere, lege obviante, valebant, l. super annali. 1. in fin. C. d. annal. except. Donell. sæpius cit. l. fin. n. 7.

73. Haud omittenda hîc est controversia illa maximè controversa: An, uti heres, durante confectioe istâ, non potest conveniri, ita nec alios convenire queat? Communis quidem Dd. senten-

50
Sententia id affirmat, teste Alexandr. vol. 7. consil. 62. circ. fru.
Sed negativam cum Bart. ad l. fin. C. d. fruct. & lit. expens. it. l. fin.
C. d. jur. delib. tenebo; quoniam deliberans olim non poterat
actiones exercere, l. ait Prator. 7. §. quid sit autem. 2. ff. eod. ratio
subjungitur: quia est absurdum, ei, cui alienatio interdicitur,
permitti actiones exercere. Ergò nec inventarium conficiens;
A jure enim deliberandi, ad jus inventarii argumentatio regu-
lariter procedit, arg. d. l. fin. §. donec tamen. 11.

74. Effectus IX est: Si bona hereditaria, ex rerum quarun-
dam interitu, post mortem testatoris minuantur sine culpa he-
redis, ad ipsum damnum non pertinet, sive ante, sive post he-
reditatis aditionem diminutio ista contigerit, Bart. & Jas. aliiq;
in d. l. fin. §. et si præfatam. 4. Ang. à Gambel. de testament. gloss. 112.
n. 10. Dn. Carpz. decis. 160. per tot. indifferenter enim Impera-
tor heredi promittit, quòd hereditatem, inventarii beneficio
adiens, sine periculo habere, & nullum indè damnum sentire
debeat, d. l. fin. §. 4. & istud promissum iterat in Nov. 1. c. 2. §. 1.
Heres itaque inventarium conficiens, tam quoad creditores,
quàm quoad legatarios, quantitatis, respectu certæ speciei, id
est, propter res hereditarias & earum respectu, debitor est. Vid.
Fachin. 6. contro. c. 30. Rennemann. d. disp. 36. th. 17. Quem ef-
fectum, hereditate aditâ, non rectè videtur Castrenf. ad d. §. 4.
num. 7. restringere ad res in specie debitas, notante id Zœf. d. loc.
num. 11.

75. Effectus X est: Statur inventario, si de viribus heredi-
tatis controversia oriatur, d. l. fin. §. licentia. 10. & ibi Donell. n. 11.
Rennem. loc. cit. th. 18. Dn. Carpzov. Jurissr. For. p. 3. const. 33.
def. 5. n. 8. atq; Respons. libr. 6. resp. 65. n. 16. Mascard. de Probation.
vol. 2. conclus. 939. Nam, inventarium est publicum instrumen-
tum, l. fin. princ. vers. fin autem. C. arbitr. tut. & sic præsumitur pro
eo, ob publicam notarii & testium fidem, atque probat, tot in
hereditate res esse, quot in inventario descriptæ sunt, nec nisi
de illis rebus heres tenetur, quæ in eo reperiuntur.

76. Licentia nihilominus datur creditoribus seu legatariis
vel fideicommissariis, si majorem putaverint esse substantiam
à defuncto relictam, quàm heres in inventario scripsit, quibus
voluerint, legitimis modis, quod superfluum est, approbare,

E

22

68.
d. l. fin. §. 10. etsi enim heres fundatam intentionem pro se habet & per inventarium præsumptivè probat, probationes tamen contrariæ adversus id, ut instrumentum publicum, admittuntur, *l. cum precibus. 18. C. d. probat. l. optimam. 14. circ. fin. C. d. contr. & committ. stipul.* Sic creditores & legatarii producere poterunt testes vel ex heredis domo, etiam servos (quæstioni, si res exegerit, subdendos) *l. lex qua. 22. vers. ante omnia. C. d. admistr. tut. l. fin. C. d. quæstion.* Sic sese referre poterunt ad instrumenta aut rationes defuncti, quas heres proferre tenetur, Paul. de Castr. *ad d. §. 10.* Sic tandem, si aliæ probationes defecerint, suspicione tamen malæ fidei sit heres ex probabilibus indiciis oneratus, heredi juramentum deferri poterit, ut scilicet juret, nihil præterea in hereditate fuisse, *d. §. 10. Rennem. d. th. 18. lit. C. in not.* qui plures allegat authores.

77. Ventilanda jam est quæstio elegans: Si probetur, quòd heres aliquid fraudulenter furruperit, vel celaverit, vel amovendum curaverit, an beneficium inventarii planè amittat? Negatur. Quamvis enim affirmativã suadere videatur text. *in Nov. 1. c. 2. in fin.* id tamen minimè movet; siquidem iste loquitur de eo, qui vel planè nullum inventarium, vel non secundum præscriptam formam conscripsit: nec ibi Imperator corrigit huic defectui, omissioni nempe aut occultationi dolosæ, specialiter appositam pœnam, ut sc. duplum heres restituere compellatur, *d. l. fin. §. licentia. 10.* Vid. Jaf. *ad d. §. & Treutl. vol. 2. disp. 12. th. 8. lit. F. ibiq;* Bachov. Vigl. *ad §. extraneis. 1. d. hered. qual. & differ. n. 8.* Sichard. *d. l. fin. §. sin autem dubius. 2. n. 9.* in cujus fine scribit: quòd sententia Baldi, (id est, affirmativa) sit pulchra & faciat ad terrendos heredes, nè versentur dolosè in rebus hereditariis; tamen non sit vera & subvertatur expressè, per text. *d. §. licentia. 10. vers. illo videlicet.* Electionem nihilominus creditoribus vel legatariis, an ad dupli pœnam obstrictum, an verò in totum beneficium inventarii privatum malint heredem, tribuit Rennemann. *d. membr. 2. disp. 36. th. 15. lit. B. in not.* hancq; in rem textus duos (qui tamen non sufficere & satisfacere videntur) & authores nonnullos citat, inter quos etiam est Vigl. *Responfor. cent. 1. quæst. 100.* cui tamen fit injuria; siquidem is, quod ibi replicæ loco proponitur, (nempe, viduam non omnia mariti

50
mariti bona, bonâ fide, in inventariû conscribi fecisse, & ita beneficio inventarii indignâ se reddidisse,) in jure deficere dicit; & id ratione ac autoritate confirmat his verbis: Jus hujus replicationis nullâ lege speciali invenitur approbatum, & expressè reprobatum, apud Bap. à Villa *in lit. H. num. 8.* Eman. Soar. *in lit. I. num. 174.* Cach. *decis. 181. n. 11. & seqq.*

78. Dum autem duplum restituere heres tenetur, non intelligendum, quasi, cui ex creditoribus 50. debentur, heres eidem præstet 100. sed, ut, si rem dignam 50. occultaverit, debeat 100. inferre in hereditatem, ut ea 50. illis fiat auctior & solvendo magis idonea, *d. S. 10. in fin. per verb. vel hereditatis quantitati computare.*

79. Illud evidens est: heredem, si quasdam res inconsultò & bonâ fide omiserit, pœnâ dupli non teneri, sed rem omissam postmodum adjicere: quæ adjectio pars quædam est prioris inventarii, nec solennitates, quas totum, exigit, *arg. l. heredes. 21. S. si quid. 1. vers. sed etsi notam ff. d. testam.* Sichard. *d. l. fin. S. sin autem dubius. 2. n. 12.* Rol. à Valle *de invent. confect. part. 3. vers. an in tali additione.* Et vice versâ, si ex errore nonnullas ad hereditatem non pertinentes inventario inseruerit, earum dominio non excidere, sed tutum esse clausulâ generali *ex l. 1. ff. quib. ex caus. major. l. illicitas. 6. S. 1. ff. d. offic. presid. l. cum falsa. 5. C. d. jur. & fact. ignor. Valasc. consult. 52. n. 11.* Pro majori tamen cautela in praxi traditur protestatione desuper in inventario sibi cavere, de qua supra thesi 52.

80. Silentio haud involvendum erit, inter effectus inventarii à nonnullis recenseri: Quòd heres possit creditoribus vel legatariis aliud pro alio, puta, rem pro pecunia, vel pecuniam pro re solvere: in tantum, ut, nisi id in solutum accipiant, sed judicialiter rem vel pecuniam debitam petant, plus causâ petere dicantur, *Coll. Jur. Arg. loc. cit. th. 34. num. 5.* ubi tamen duæ simul adduntur limitationes. Sed ab iis discedo; est enim regula juris: Aliud pro alio invito creditori solvi non potest, *l. mutuum damus. 2. S. mutui datio. 1. in fin. ff. d. reb. cred.* Cui regulæ tamdiu standum, donec expressè de exceptione constet. namque beneficium inventarii inventum est, ut heres nullum damnum sentiat, non autem in injuriam creditorum; nec enim in cujusquam injuriam

22



68.
beneficia tribuere, moris est imperatoribus, *l. nec avus. 4. C. d. eman-*
cip. liber. Et quamvis opinionem suam, *per d. l. fin. §. & si prefatam.*
4. vers. sed & si legatarii. & §. sin verò heredes. 6. confirmare cupiant,
quasi Imperator ibidem alternativè & disjunctivè loquatur, quòd
nimirum sit in potestate heredis alterutrum solvere. Fit tamen
id ipsum in vitis textibus. Quomodo Cynus & Jacobus de Are-
na, quomodo item Bart. distinguat, & quid Bald. hâc in re dicat,
tradit Fachin. *4. controvers. c. 39.* Evolvatur etiam Sichard. *d. l.*
fin. §. & si prefatam. num. 10. & seqq.

81. Quemadmodum quoque iisdem quidam addunt: Quòd
hereditas inventarii beneficio adita, rursus repudiari queat. Idq;
non modò de jure Saxon. sed & de jure Civili procedere & fun-
datum esse, prolixè etiam pertractat ac ad contraria respondet,
Dn. Carpzov. *decis. 25. per tot.* De quo tamen similiter subdubitare
licebit.

82. Hæc de inventarii confecti effectibus. Videndi jam sunt
aliquot, ex præcipuis omissi inventarii, effectus, quorum I est:
Hereditas tùm præsumitur opulenta, *arg. l. libertus qui solvendo. 36.*
ff. d. bon. libert. ideoque heres creditoribus in solidum obligatur,
eo modo, quo jure veteri post aditionem, *d. l. fin. §. sin verò post-*
quam. 12. & §. sin autem hoc. 14. vers. si quis autem temerario. Nov. 1. c. 2.
§. si verò non fecerit. 2. quia, quemadmodum inventarium ritè con-
fectum, utilitati cedit heredis, ita, si omissum sit, heres juris ante-
rioris oneribus supponitur, *d. §. 14.* & indignus omninò est be-
neficio legis, qui, requisita per legem, negligit: ita, ut non audia-
tur probare volens, amplius in hereditate non fuisse, *Zæf. d. loc.*
num. 12. Atque sic etiam ultra vires hereditatis teneretur heres, *d.*
Nov. 1. c. 2. §. 1. repræsentat enim & sustinet tunc personam de-
functi, in cujus universum jus succedit, *l. nihil est aliud. 24. ff. d. verb.*
sign. Deindè quoque censetur in rebus hereditariis malignè ver-
sari, eas occultando, & creditoribus ac legatariis subtrahendo, *d. l.*
fin. §. sin autem dubius. 2. Nov. 1. c. 2. in fin. princ.

83. Lubet disquirere: An in foro conscientiae seu judicio ani-
mæ, ut alii loquuntur, heres, inventarium non conficiens, tenea-
tur? Negandum id esse, primâ fronte videri posset; quia, here-
dem repræsentare personam defuncti, ex fictione & subtilitate
juris Civilis est: quemadmodum quoque præsumptio, heredem
credi-

30

creditores aut legatarios fraudare voluisse. Jam verò in conscientia foro, non inspicitur fictio & præsumptio, sed ibi attenditur veritas, atque sic heres ultra accepta in conscientia non gravatur, *Zœf. loc. cit. num. 14.* Fachin. 6. *controvers. c. 24.* Verum, quia hoc jus civile latum & confirmatum est à legitimis magistratibus, quorum leges in conscientia quoque obligant, secundum eam etiam, potest ac debet isto jure uti & heres & creditor, quod fusiùs explicat *Vasq. libr. 1. de success. creat. §. 1. num. 16.*

84. Effectus II. est: Heres legata solida præstare debet, nec potest deducere Falcidiam, *d. l. fin. §. 14. vers. si quis autem. Nov. 1. c. 2. §. 2. & ibi Dd. Grat. vol. 2. consil. 150. num. 5. Alciat. vol. 3. consil. 139. num. 4. Ruin. vol. 2. consil. 57. in princ. nè scil. heres per ea, quæ fortè surripit aut malignatur, inducere tentet Falcidiam, d. Nov. 1. c. 2. in fin. princ. & §. 2. nec habebit de quo conqueratur heres; cum transcenderit leges, ex quibus cautè omnia agens, nihil poterat damnificari, sed ex diverso etiam, quæ sunt ex Falcidia L. lucrari, d. §. 2.*

85. Verum, an heres neglectâ inventarii confectione, Trebellianicam quartam amittat, intricatæ atque nodosæ ad eò est quæstionis, ut *Schneidevv. ad §. extraneis. I. d. hered. qual. & diff. n. 19.* asserat: magnam desuper esse *Dd. altercationem*, ac vix discerni posse, quænam sit communis opinio. & *Cassod. decis. 3. tit. de testam. num. 8. in fin.* dicat: eam controversiam decisione Principis indigere. Affirmat. amplectuntur *Bald. Cyn. ac Salyc. ad Auth. sed cum testator. C. ad L. Falcid. Purpur. lib. 1. consil. r. n. 5. Pancirol. consil. 98. n. 30. Decius. consil. 236. n. 5. & consil. 480. n. 16. Coll. Jur. Arg. d. loc. th. 36. n. ult. Pacius. Anal. d. l. fin. n. 5. Octav. Cacheran. Decis. Pedemont. 48.* qui sexaginta authores laudat, affirmativam tenentes. eaque juris rationibus convenientior est; partim, quia conficiendi inventarii necessitas ad omnes pertinet, aut pœna eodem, tanquam contumaces & beneficium hoc spernentes, manet, *Nov. 1. c. 4. in fin.* partim, quia eadem ratio, quæ in singulari, etiam in universali fideicommissò obtinet, siquidem & in hoc heres æquè fraudulenter versari, & multa clam subtrahere potest, *d. Nov. 1. c. 2. in pr. Nec ullâ hîc opus est extensione, quoniam quarta Trebellianica non est diversa à Falcidia, l. pater filiam. 14. pr. ff. ad L. Falcid. l. jubemus. 6. C. ad Sct. Trebell. cum non nova quarta in-*

22



68.
troduc̄ta, sed ipsa L. Falcidia ad fideicommissa quoque univer-
salia sit extensa, *S. sed quia. 5. I. d. fideicomm. heredit.* Negativam
propugnat Hotomann. *lib. 4. observat. c. 14. & lib. 5. c. 20. Fachin.*
4. contr. c. 38. Rauchb. p. 1. qu. 29. n. 22. Zœl. d. loc. n. 17. Gail. lib.
2. observ. 138. n. 4. & seqq. quam in Camera quoque receptam es-
se, *ibid. ait n. 14.*

86. Non minùs ardua quæstio est, & cum præcedenti affi-
nitatem quandam habet: Num legitima liberis aliàs debita, ob
non confectum inventarium, eis deneganda sit? Ubi vulgaris
quidem Dd. inter quos etiam Cagnol. *in l. Papinianus. 8. S. me-*
minisse. 14. ff. d. inoffic. testam. n. 15. Ofsac. decis. Pedemont. 148. n. 6.
sententia est, non denegandam esse: quam tamen adeò absur-
dam & falsam esse, ut nullo modo defendi queat, pronunciat,
eamque insuper refutat, Sarmientus *lib. 2. select. interpret. c. 7.* Id-
circò & mihi affirmativa placet; nam, heres inventarium
omittens, solidum solvere debet, in tantum, ut etiam ultra vi-
res hereditarias creditoribus & legatariis sit obligatus, de qui-
bus supra th. 82. & 84. dictum fuit. Jam verò legitima heredi-
tatis, vel defuncti substantiæ finibus cingitur, cum ejus triens aut
semis sit. Ergò eam tunc non consequitur heres. Insuper *d. l. fin.*
non modò inter suum & extraneum heredem non distinguit,
sed & mentionem facit aliquoties ejus, qui se immiscet vel ab-
stinet, quod est sui heredis; atque ratio *in Nov. 1. c. 2. pr. addita,*
dolosa nempè subtractio, in utroque locum invenit: Nec no-
strum itaque erit distinguere *contra l. illud quasitum. 32. pr. ff. ad L.*
Aquil. & l. de pretio. 8. ff. d. public. in rem act. legisque rationem
spernere. Si enim legitimam Imperator liberis salvam esse in
proposito casu voluisset, utique voluntatem suam desuper dict.
in locis aut alibi, prout aliàs facere assolet, exposuisset. Posset
quidem dici, extensionem in pœnalibus, utpote odiosis, non
admitti; qua de re Dinus prolixè *ad cap. in argumento. d. reg. jur.*
in 6. & Accurs. ad l. si quis propter. 2. C. d. patr. qui fil. suos distr. Sed
resp. negando extensionem; quia, ubi in correctoriis est expres-
sa ratio in lege, ut in casu hoc, videl. præsumptio subtractionis,
non dicitur fieri extensio, sed comprehensio, Rol à Valle. *vol. 1.*
consil. 27. n. 6. Fort. Garz. in l. juris gentium. 7. ff. d. pact. n. 70. &
si vel maximè illud concederem, poterit tamen dici, constitu-
tiones

tionem poenales saepe extendi, cum eadem subest ratio, praesertim, ubi de multa potius, quam de vera poena, prout hic, agitur, Huñ. *libr. de interpret. jur. cap. 6.* Adde, quod liberi, si inde aliquod percipiant damnum, propria culpa illud sentire intelligantur; cur enim insuper habuerunt legem, cujus beneficio omne evitare potuissent damnum, *d. Nov. 1. c. 2. §. 2. vers. sed dabit eis poenam. d. l. fin. §. sin vero postquam. 12.* Imò spernere voluntatem defuncti & ejus beneficium, in extraneis est ingrati, in liberis est ingratiissimi & impiissimi, *Duar. libr. 1. de jur. accresc. c. 3.* Confer. *Cujac. in explic. d. Nov. 1. Oldrad. consil. 134. Locam. quest. fascic. 30. quest. 3. Claud. Giffetium de portion. legitim. c. 13. Zæf. d. loc. n. 16. ubi Fachineum, qui 4. controvers. c. 34. totus est contrarius, falso citat. Bachov. ad Treutl. d. l. th. 9. lit. A.*

87. Effectus III est: Actio heredis contra defunctum confunditur; heres enim propter beneficium inventarii actiones salvas habet, *d. l. fin. §. in computatione. 9. vers. si vero & ipse.* Ergò à sensu contrario ex *d. §. 9.* desumpto, si heres omittit hoc beneficium, actiones confunduntur. Deinde, quia per aditionem actiones sunt confusæ & commixtæ cæteris bonis ipsius heredis, *l. sed si. 10. §. filio. 2. in fin. ff. d. vulg. & pupill. substit.* Fachineus *6. controv. c. 33.* distinguit inter obligationem personalem & realem: illam, non autem hanc, confusione tolli asserit. rationem ex *Cujacio ad Africanum tractat. 9.* affert: quia, confusio personarum non mutat causam rerum, *l. cum qui. 38. §. ult. ff. d. solut. & liber.* Nec reticendum est, quòd etiam in foro Saxon. inventario non confecto, heredis actiones, quas contra defunctum habuerat, confusione tolli, scribat *Rennem. d. disp. 36. th. 22. lit. C. in not. cui contrariatur Dn. Carpz. p. 3. const. 33. def. 19. n. 4. & seqq.*

22

88. Effectus IV est: Heres nullam habet actionem, quamvis necessario quid in causam & res hereditatis, eâ aditâ, impenderit; non enim potuit, sibi obligare hereditatem, cum eam jam haberet, & ita ipsi negotium esset cum seipso, non cum hereditate; non potuit etiam obligare defunctum, quoniam cum illo nihil contraxit, *Donell. d. l. fin. num. 11.*

Omitto effectus alios, qui vel ex superioribus etiam possunt colligi.

89. Promisi supra th. 5. me de aliis quoque inventarii generibus, tan-



68.
bus, tanquam affinibus acturum: promissis igitur jam standum,
& de iis ipsis quid afferendum. Sunt autem cognata & affinia
solenni rerum hereditariarum inventario, inventaria quævis
alia, quæ minùs solennitatum desiderant, omninò tamen exi-
gunt, ut bonâ fide conscribantur ab his, qui bonorum alienorum
administrationem habent. Quales sunt: I. Tutores in bonis
pupillorum, & curatores in bonis minorum; mox enim, quàm
fuerint ordinati, sub præsentia publicarum personarum inven-
tarium rerum omnium & instrumentorum solenniter facere cu-
rabunt, *l. tutores. 24. C. d. administr. tut.* Heig. *part. 1. illustr. quest. 20.*
num. 8. Joh. Gutierrez *de tutel. & cur. part. 3. cap. 1. num. 50.* alio-
quin dolo fecisse videntur, ac in ea conditione sunt, ut teneantur
in id, quod pupillorum (& minorum) interest, quod ex jure ju-
rando in litem æstimatur, *l. tutor qui repertorium. 7. pr. ff. eod.* Mo-
dest. Pistor. *quest. 126. num. 105.* quasi suspecti ab officio remove-
buntur, & pœnis legitimis, quæ contra eos determinatæ sunt,
subjacebunt: & postea perpetuâ maculâ infamiæ notabuntur,
neque ab Imperiali beneficio absolutione hujus notæ fruituri,
l. veteris. 13. §. illo. 1. in fin. C. arbitr. tut. Nisi vel testatores, qui sub-
stantiam transmittunt, specialiter inventarium conscribi vetue-
rint, *d. §. 1.* vel fortè aliqua necessaria & justissima causa allegari
possit, cur id factum non sit, *d. l. 7. pr.* De conficiendo inventario
ejus, qui se pro tutore gessit, & de quibus teneatur, consuluit De-
cian. *consil. 85. circa fin.*

90. Labet hîc apponere dubium maximè dubium, videlicet:
An testator inventarium confici prohibens vel remittens, eo ipso
etiam prohibuisse aut remisisse censeatur, rationes à tutore exige-
re? Dn. Carpz. *Jurispr. For. part. 2. const. 11. def. 4.* affirmativam te-
net, *arg. l. cui jurisdictio. 2. ff. d. jurisdict.* quam tamen *ibid. num. 6.*
ita limitat: nisi tutor doli & fraudis arguatur. Et deinde *num. 8.*
& *seqq.* ex Moller. subjicit: non omnem omninò consignatio-
nem rerum administrationi subjectarum tutore indè remissam
intelligi, sed modum tantummodò adhibitum, nè scil. publicè
fiat, & testatorem existimare, sufficere, si tutor res privatim, adhi-
bitis cognatis pupilli, conscriberet. Sed, cum mirè alii varient
Interpp. in discursum usque, quid sentiam, reservabo.

91. II. Curatores furiosis dati, qui inventario cum omni sub-
tilitate

50
tilitate scripto, res suscipiant, ad similitudinem tutorum & curatorum adulti, *l. de creationibus. 27. C. d. episcop. aud. l. cum furiosus. 7. §. at si quidem. 5. vers. & inventario. C. d. curat. furios.* Verum quid verba: *cum omni subtilitate. velint & involvant, elucescit, ut puto, ex eo, quod in utraque l. annectitur: ad similitudinem &c.* Sic alii itidem curatores inventarium facere debent, verb. gr. Curator ventri datus, *l. sicuti. 1. §. curatore. 26. ff. d. ventr. in poss. mitt.* Curator bonis aut hereditati jacenti datus, *l. si quis. 1. §. sed si. 2. ff. d. curat. bon. dand. junctâ d. l. 1. §. 26.*

92. III. Orphanotrophi, qui pupillorum sunt quasi tutores, adolescentum verò quasi curatores, *l. orphanotrophos. 32. C. d. episc. & cleric. ac eorum funguntur officio, Novell. 131. c. orphanotrophi. 15.* Et huc executores testamenti, qui similiter ad inventarii confectionem obstricti sunt, refert Reyger. *in Thesaur. jur. sub voc. Inventarium. n. 4.*

93. IV. Patroni fisci; quia, si quando aut alicujus publicatione, aut ratione juris aliquid ei addendum est, diligens stilus sigillatim omnia adscribat, *l. si quando. 3. C. d. bon. vacant. lib. 10.* nè quid rei privatæ commodis per gratiam atq; colludium furto subducatur, *l. si quis. 7. C. d. bon. proscrip.* Evolvatur Prosp. Farinac. *quest. 11. n. 4.* ubi disquirit: An & quemadmodum & quomodo inventarium bonorum delinquentis, mobilium & immobilium fieri debeat.

94. V. Episcopus & alius quilibet Ecclesiarum bonis præpositus; manifesta enim debent esse, quæ ad Ecclesiam pertinent, his, qui circa ipsos sunt, Presbyteris & Diaconis: ut, si Episcopo contigerit inopinatus transitus, res Ecclesiæ nullo modo possint imminui & perire, neque res propriæ Episcopi importunitatem patiantur, *c. manifesta. 20. caus. 12. quest. 1. c. de Syracusana. 13. dist. 28. l. nulli. 28. §. cum autem. 2. C. d. Episc. & cler.* Huc spectare videtur Constit. Ecclesiast. Sereniss. Electoris Saxon. *de ann. 1580. in General articuln. cap. 42. von Inventario vnd Register deß Einkommen der Pfarz.* Quam pulchrè declaravit & optimè explicuit Dn. Carpz. *in Jurispr. Ecclesiast. lib. 1. def. 157. & aliquot seqq.* ubi inter alia docet: Conservari debere in Parchiis inventarium ecclesiasticum & quænam hoc nomine comprehendantur. It. Defuncti Pastoris heredes teneri ad restitu-

F

tionem inventarii ecclesiastici; si res in eo consignatae, factio & culpa ipsius fuerint deperditae vel deterioratae: Secus, si vi hostili ablatae fuerint vel casu fortuito perierint, quarum restitutio fisco ecclesiastico & parochianis incumbit. Ut &: inventarii ecclesiastici usum fructum saltem pastori competere, ac illud tradendum novo Pastori, reliquas autem res in eo non consignatas, heredibus defuncti Pastoris relinquendas.

95. VI. Usufructuarii; quoniam, finito usufructu, res sunt proprietario restituendae. Hinc recte faciet legatarius, qualis res sit, cum frui incipit, si in testatum redegerit, ut inde possit apparere, an & quatenus rem pejorem fecerit; *l. si cuius. 1. §. re. ete. 4. ff. usufr. quemadm. cav. Testati* autem voce, non nudum inventarium quidam accipiunt, sed ipsam rei aestimationem, referente id Gothofr. *ibid. in not. lit. C. Consul. Rol. à Valle vol. 1. consil. 92. n. 15. Idem, de confect. invent. part. 5. §. ult. ventilat & negativè* decidit quaestionem: An testator usufructuario omnium bonorum inventarii confectionem remittere possit?

96. VII. Vidua in bonis mariti, in quibus post ejus mortem, ob restitutionem dotis, jus retentionis habet. Rationem perelegantem affert Coler. *in Proc. Execut. pr. 1. c. 2. n. 233.* nè, inquit, possessionis occasione sub praetextu retentionis totum dilaceret patrimonium, dumque participi relictarum facultatum nocere cupit, sua etiam jura simul praecipitet, *arg. l. meminimus. 2. in pr. C. quand. & quib. quart. pars.* Sic eadem jure etiam Saxónico, si muliebria lucra autoritate propria apprehendat, beneficio inventarii vel juramento, quid acceperit, indicare tenetur, Dn. Carpz. *Furispr. For. p. 3. const. 33. def. 5. ubi n. 6. & seqq. ad d. consist. 33. §. damit aber. vers. jedoch wo solches ohne der erben &c.* respondet. Atque id generaliter quoque, quando vidua denati mariti facultatibus se immiscet, procedere, & eam inventarium conficere, vel heredibus juratam specificationem exhibere obstrictam esse, habet Idem *decis. 265. n. 2.* usque adeò, ut nec mater huic subtrahere se queat, si liberi illud petant, *ibid. n. 3. & Resp. lib. 6. resp. 69. per tot.*

97. VIII. Creditores in bonis debitorum; nam, poterunt *ἀναγραφῆν*, id est, descriptionem facere & instrumentorum pariter.

riter & universorum vel rerum, l. cum plures. 19. pr. ff. d. reb. aut. jud. possid.

98. IX. Omnes rerum vel negotiorum alienorum administratores, verb. gr. argentarii, factores, negotiorum gestores, & similes, probabilem consignationem adornare tenentur, arg. l. in omnibus. 1. §. officio. 3. ff. d. tut. & ration. distr. ac per ea, quæ supra th. 4. adducta fuere. Legitimæ enim administrationis nomine inventarii confectio continetur, Munn. de Escobar. de Ratiocin. Administr. cap. 9. n. 1. Quin & præter rerum alienarum administrationem dari poterit casus, qui inventarium exigat: Sic venditionem fundi cum inventario apud nostrates usitatissimam esse, tradit Dn. Carpz. Respons. lib. 5. resp. 26. n. 4. & principaliter in d. resp. ostendit: Vendito prædio cum inventario, non censei simul vendita mobilia & frumenta, quæ non ad culturam fundi & agrorum, sed ad venditionem destinata in prædio asservantur.

99. Affinia finiat hæc quæstio: Num curatori ad litem dato inventarium conscribere incumbat? Neg. Nam, ad protegendam causam tutor sive curator datus, conveniri non potest administrationis periculo, l. ad protegendam. 3. C. d. in lit. dand. tut. nec eidem rectè solvitur, l. hoc jure. 86. ff. d. solut. & liber. Insuper ex Ordinat. Camerae part. 1. tit. 75. verisimiliter istud colligitur, dum ibi formula curatoris in litem traditur, & tamen, nè unico quidem verbo inventarii fit mentio.

100. Reliquum est, ut tandem contraria heredis inventarii solennis perlustrentur, & sunt: I Omnia, quæ formæ ejus refragantur, arg. l. fin. §. sin verò postquam. 12. C. d. jur. delib. Nov. 1. c. 2. Formâ enim non observatâ, totus actus corrui, l. non dubium. 5. C. d. legib. l. si unus. 12. C. d. testam. & paria sunt, inventarium nullum, vel aliquod, minùs tamen legitimè conficere, arg. l. quoties. 6. ff. qui satisd. cog. l. nulla. 2. ff. d. aut. & cons. tut. Ancharan. lib. 3. quæst. 50. num. 3. Dn. Carpz. Jurispr. For. p. 3. const. 33. def. 9. num. 5.

101. II. Dolus ab herede circa hereditatem commissus, arg. d. l. fin. §. licentia. 10. vers. illa videlicet observando. Nov. 1. c. 2. §. 1. vers. ita ut supervenientibus. Nam, licet præsumptio sit pro inventario, tamen, quando apparet heredem dolosè versatum fuis-

22

68.
se & nonnulla in inventario omisisse, tunc contraria oritur præsumptio, etiam adhuc alia eum suppressisse aut surripuisse; quia, semel malus semper præsumitur esse malus, *c. semel. 8. d. reg. jur. in 6.* in eodem nempe mali vel delicti genere. Idcirco creditoribus vel legatariis licentia datur, ut probent legitimis modis, aut heredi juramentum deferant. vid. supra th. 77.

102. III. Remissio testatoris, facta scil. in præjudicium legatariorum & fideicommissariorum; cum in nulla lege ejus prohibitio extet, *arg. l. nec non. 28. §. quod ejus. 2. ff. ex quib. caus. major.* & testator rei suæ alii relictae aut traditae legem dicere queat, *arg. l. in traditionibus. 48. ff. d. pact.* imò, liberum ei sit, legatario & fideicommissario vel nihil relinquere, Tholosan. *in Syntagm. Jur. lib. 46. c. 3. n. 15.* vel rem legatam, semel relictam, mutatâ voluntate adimere, *l. quod si rerum. 4. ff. d. adim. legat.* Undè spontè sequitur, eum, in relictae rei imminutionem, inventarii quoque confectioem remittere posse. Præterea, etiam testatoris aut heredis intererit, nè forsan secreta patrimonii pandantur, *l. quod plerumq. 2. C. d. alim. pupill. præst.* & paupertatis detegatur vilitas, aut invidiæ exponantur divitiæ, *l. meminimus. 2. pr. vers. quid enim tam durum. C. quand. & quib. quart. pars. lib. 10.* Hinc pro incommodo inventarii, quòd eo detegantur facultates, quas latere plerique volunt, habet Donell. *d. l. fin. n. 16.* Bachov. *ad §. extraneis autem. I. d. hered. qual. & diff.* Et alias, inventarii confectio dicitur esse probrosa ipsi defuncto, Chassan. *in Const. regn. fol. 281. n. 13. in addit. Coler. part. 1. decis. 68. n. 4.* Non autem procedit remissio ista, si dolus aliquis subsit, *arg. l. ita autem. 5. §. Julianus. 7. ff. d. admin. tutor. l. si servus. 119. ff. d. legat. 1. l. cum tale. 72. §. quid ergò. 3. ff. d. condit. & demonstr.* Item, si magistratui aliter visum fuerit, *arg. l. utilitatem. 10. ff. d. confirm. tut. l. Quintus. 7. vers. nec temen semper. ff. d. ann. legat. l. & si quis. 14. §. hæc actio. 6. ff. d. relig. & sumpt. funer.* Vel si inventarii confectio publicæ utilitatis gratiâ, quòd videl. de patrimonialibus muneribus eò certiùs constare queat, exigatur, *arg. l. testandi causa. 13. C. d. testam.* Et denique, si in creditorum præjudicium remissio ista tendat; horum enim jus quæsitum testator deterius facere nequit, *l. si sunt. 1. C. debit. vendit. pignor. imped.* utpote, qui contra heredem, ut in solidum iis obligetur, fundatam inten-

intentionem habent. Consuli ulterius poterunt super inventarii remissione, Peck. *de testam. conjug. lib. 4. c. 24. num. 3.* Alexand, *vol. 6. consil. 51. num. 18.* Covarruv. 2. *Variar. Resolut. 14. num. 4.* Clarus. *S. testamentum. quest. 66. n. 2.* Aymo. *consil. 174.* Gratian. *disceptat. forens. 59. num. 1.* Sichard. *d. loc. num. 14. & 15.* Plot. *de in litem juvando. S. 5. num. 33.*

103. IV. Prohibitio, (hæc duo enim, prohibere confectio- nem inventarii & eam remittere, non rectè confunduntur, Bachov. *ad Treutl. d. loc. th. 8. lit. D.*) testatoris; nam, non tantùm nullibi ipsi eâ interdictum est, sed & eundem probabiliter juvat, *l. fin. C. arbitr. tut.* Nec impedimento est, quòd nemo possit in te- stamento suo cavere, nè leges in eo locum, habeant, *l. nemo potest. 55. ff. d. legat. 1.* vult enim adducta *l. testatorem non posse prohi- bere ea, quæ à legibus jubentur: Inventarium autem in d. l. fin.* non absolute præcipitur, sed permittitur, vel, datur heredi ele- ctio an beneficio inventarii uti velit, necnè.

104. V. Renunciatio ab herede in sui præjudicium facta, *d. l. fin. S. 1. & S. fin autem hoc. 14. vers. cum enim gemini.* cum sit regula juris antiqui: Omnes licentiam habere, his, quæ pro se introdu- cta sunt, renunciare, *l. si quis. 29. C. d. pact.* Causæ renunciationis possunt esse variæ, præprimis verò eæ, quas th. 102. attigi, & in- ventarii vel remissionem vel prohibitionem suadere certum est.

105. VI. Jus contrarium, puta lex statutaria vel consuetudo, *l. de quibus. 32. S. inveterata. 1. & l. ergò. 40. ff. d. legib. arg. l. Prætor ait. 3. S. Divus Hadrianus. 5. ff. d. sepulchr. violat.* Et optimè per id inventa- rii solennia non tantùm minui, sed si ita usus sit, in totum etiam tolli possunt; quia, hæc solennia sunt à jure civili introducta, id- que causam efficientem habent, *d. l. fin. pr. S. sciendum est. 6. vers. sed nostra benevolentia. 1. d. hered. qual. & differ. E.* alio jure civili faci- lè tolli possunt, *arg. S. sed naturalia. 11. 1. d. jur. nat. gent. & civ.* Hinc hodiè vix quispiam amplius servabit, normam & formam *d. l. fin.* scrupulosamque illam observationem jam ferè exolevisse, dicit Duaren. *ad tit. de acquir. vel omitt. hered. cap. 6. fol. 456.* Sic etiam, usum inventarii desisse in Galliis, ex Chassan. adducit Giphon. *ad d. l. fin. princ.* Ante omnia itaque jus locale attendendum erit, & in ejus demum defectu jus commune locum habebit. Quid in Belgio juris sit, docet Zœf. *ad ff. d. loc. num. 24. &*, quem citat, Gu-

68.
delin. *de jure noviss. lib. 2. cap. 18.* Quid in Frisia obtineat, edisserit
Joan. à Sande. *Decision. Frisic. lib. 4. tit. 12. per defm. quinq.* Quid sta-
tuto Württembergico, quid item Noribergensi, requiratur, recen-
set, *Coll. Jur. Arg. d. acqu. heredit. th. 33.* Quid in Republ. Erfur-
tensi receptum sit, ex ejusdem *Ordinat. cap. 15. tit. 10.* affert Ren-
neman. *d. disp. 36. th. 16. lit. B. in not.* ubi quoque tradit: locorum
moribus & statutis sæpè obtinere, ut publicus judicii tabellio
cum duobus assessoribus, qui testium vice fungantur, in cohere-
dum omnium præsentia, loco reliquarum sufficiant solennita-
tum. *Conf. Schneidevv. §. extraneis. I. de her. qual. & diff. Myn-
sing. consil. 79. num. 51. Obr. disp. 20. th. 567. Pac. Anal. d. l. fin. n. 13.
Sichard. d. l. fin. §. fin autem dubius. 2.*

106. In utramque partem disputari solet: An jure Saxon. in-
ventarii confectio remissa sit? Resp. remissam esse non in totum,
sed in tantum; nam, jus civile commune, quantum ad hoc, non
modò non expressè mutatum ullibi est, sed & confirmari videtur
per text. in artic. 6. lib. 1. Landr. cujus verba hæc sunt: *Wer das
erbe nimbt / der soll zu recht die schuldt gelten / als ferne das erbe
wehret.* Si enim heres creditoribus hereditariis pro viribus here-
ditatis obstrictus est, utique etiam inventarium conscribendum
erit, cum aliàs de hereditatis quantitate ac facultatum modo vix
constare queat: nisi satiùs esse ducat, specificationem juramento,
quod tamen quilibet, ut credo, evitare studet, confirmatam offer-
re & sic res ad hereditatem pertinentes indicare velit. Quamvis
igitur, non confecto inventario, heres eo jure haud ultra heredita-
rias vires teneatur, nec aliis inventarii effectibus carere cogatur,
jurata tamen specificatio ab eo exigitur, *Nov. Elect. Aug. part. 3.
const. 33. §. Damit aber. in verb. ein inventarium vorlegen / oder in
mangel dessen vermittels eines eydes aussagen.* Quod, cum al-
ternativè positum sit, concludendum erit, sufficere alterutrum,
nec utrumque simul exigi posse, *Dn. Carpz. Jurispr. For. ad d. const.
33. def. 8.* nisi inventarium vitio aliquo laboret, *def. 9.* vel confe-
ctionem ejus, obsignatio bonorum defuncti nulla, aut non statim
præcesserit, *def. 10.* vel alia fraudis suspicio heredem aggravet,
def. 11. non autem ex eo solo, quod ignarus rerum quarundam,
eas inventario inseri non fecerit, *def. 12.* Heredes tamen ejus, qui
occupavit hereditatem, deficiente licet inventario, jurare non te-
nentur,

56
nentur, *def. 14.* Insuper & hoc tenendum: Juramentum istud re-
ferri non posse, *def. 15.* sed si jurare nolit heres, actorem, ad versus
eum, in litem jurare, *def. 16.* Sufficiat, hæc de jure Saxon. notatu
dignissima, brevissimè & per summam quasi apposuisse, cum au-
reus iste *Jurisp. Forensis* liber omnium ferè nocturnâ & diurnâ
manu verferetur, ad quem, tanquam ipsum fontem, plura deside-
rantem meritò remitto.

107. Jure Canonico heredem non conficientem inventarium
in solidum creditoribus & legatariis teneri, facile colligi poterit
ex iis, quæ supra *th. 14.* pro ratione adducta fuerunt, quando pro-
batum dedi, quòd etiam Ecclesia heres inventarium conscribere
habeat necessum. Vid. *Fachin. 6. controvers. cap. 23.* Hunn. *ad Treutl.*
d. loc. th. 9. prope fin.

108. VII. Hereditatis exiguitas heredi quoque necessitatem
imponit, confectionem inventarii intermittere; nè scil. sumptus
in eam impendendi, res hereditarias consignandas, earumque
valorem adæquarent, aut excederent; Bald. *ad l. mediterraneæ.*
9. C. d. annon. & tribut. lib. 10. num. 3. Plot. *in l. si quando. 9. C. unde*
vi. n. 19. Garl. *de Expens. c. 10. in fin.*

Sub calcem hujus disputationis commemorandum duxi:
edidisse nonnullos Authores peculiare de Inventario tractatus;
quorum tamen, præter Rolandum à Valle, copiam habere non
potui, nec etiam adeò anxie de iisdem fui sollicitus, cum Giphano
in Comment. Instit. tit. d. hered. qual. & differ. testetur: Eos
Italos esse & more suo scripsisse. Finio itaque
in omnium rerum fine.

D E O
CUI SIT LAUS, HONOR, ET
GRATIARUM ACTIO.

22
Nè.



Nè vacua sit hæc paginae facies, addo corollaria
quædam miscellanea.

1. *Veniam ætatis consecutus, habet legitimam personam
standi in iudicio.*
2. *Notoriè infamis procurator esse nequit.*
3. *Debitum, juris ordine non servato, exactum, non est
restituendum.*
4. *Usuræ, quæ proximum non prægravant, & intra
cancellos à legibus præscriptos continentur, de ju-
re etiam Canonico, veritate rei penitiùs inspe-
ctâ, permissæ videntur.*
5. *Solutioni annuorum reddituum, longissimi temporis
decursu non præscribitur.*
6. *Mulieri affirmanti, se à Sempronio esse impræгна-
tam, in præjudicium Sempronii non est creden-
dum.*
7. *Matrimonium sine consensu parentum contractum,
per subsequutam copulam carnalem non ita confir-
matur, ut dissolvi à parentibus nequeat.*
8. *Si Cajus moriens relinquat furiosum, isq; furens de-
cedat, proximior Cajo, non furioso decedenti,
succeedet.*
9. *Utilitatis causâ prædium pupilli vel minoris non po-
test alienari.*
10. *Venditor emptori tenetur, si in scheda publicè affixa,
malè qualitatem prædii descripserit, eoq; nomine
emptor læsus sit.*
11. *Concurrentibus diversis delictis, pœna, non gravioris
delicti, sed gravior infligenda erit.*
12. *Rusticus feudum erogare vel concedere nequit.*

Basel, Diss. 1660-65


ULB Halle 3
003 865 290




56

V17







B.I.G.

Farbkarte #13

Concedente!

1662, 2^o 8

te Nobilissima atq^e
Juridica in Peranti-
a Basiliensium

IAUGURALEM

HEREDIS

inendis Doctoralibus
onoribus atque
giis

dam proponit
JES CUNRADUS
fatus.

Ann. M D C L X I I .

e consuetis.

Handwritten signature

JACOBI DECKERI,
ypographi,

22

